DE
TELETIS ELOCVTIONE

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORVM ORDINE FRIBVRGENSI


RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HENRICVS DE MVELLER

CAROLIRHVENSIS

FRIBVRGI BRISIGAVIAE
FORMIS C. A. WAGNERI
MDCCCLXXXXI


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUÆRIS PENINSULAM AMŒNAM
CIRCUMSPICE

DE
TELETIS ELOCVTIONE

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORVM ORDINE FRIBVRGENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HENRICVS DE MVELLER

CAROLIRVHENSIS



FRIBVRGI BRISIGAVIAE

FORMIS C. A. WAGNERI

MDCCCLXXXXI

Non adeo multae saeculi tertii scriptorum Graecorum reliquiae aetatem tulerunt, ut non operae pretium sit etiam in Teletis elocutionem accuratius inquirere, postquam diatribarum epitome praeceptoris mei cura ita nuper edita est, ut etiam de sermone Teletis certius fieri possit iudicium. de Theodoro autem epitomatore, quem Teletis libellos in artum contraxisse certo testimonio scimus, Wilamowitzii et Hensii iudicio ita adstipulor, ut resecuisse illum quidem traiecisse mutilasse satis multa existimem, pauciora de suo subdidisse vel liberius inmutasse; et speraverim hanc sententiam etiam singulis de elocutione Teletea observationibus constabilitum iri. certe quam multa ex priorum scriptorum copiis Bione potissimum intercedente Teles in suos commentarios receperit, ita nunc patefactum est, ut vel hinc manifestum sit Teletis quae supersunt non nimis degenerasse epitomatoremque suam operam intra modestiores fines coercuisse. sed has de epitomatore vel etiam de fontibus Teletis quaestiones retractare non meum duco*).

---

*) Interim sagaciter illam de epitomatore quaestionem promovit Hermannus Diels in censura libri Hensiani *deutsche litteraturz.* 1890 p. 1159 sq., qui quid sentiat his ipsius verbis indicetur: 'Dieser (sc. Theodorus) würde seinen Namen nicht auf den Titel gesetzt haben, wenn er nicht mit einer gewissen Selbständigkeit verfahren wäre. Es ist also klar, und eine eingehende Analyse wird es durchweg bestätigen, dass wir nicht Teles, sondern den Epitomator zunächst verantwortlich zu machen haben für den jammervoll zerrütteten Zustand dieser Excerpte'. sed de suo multa epitomatorem sermonibus intulisse ne Dilesii quidem argumentis comprobatur. nam

mihi quid consilii sectandum foret, breviter iam indicavit Niebuhr. monuit enim vir clarissimus Teletis reliquias cum aliis nominibus insignes esse tum eo, quod quo devenisset tunc temporis Atticorum sermo luculento demonstrarent exemplo. quas igitur vicissitudines Atticorum sermo paulatim subierit qualemque formam induerit saeculi tertii dimidio altero quave ratione ad Polybii aevique Alexandrini genus dicendi adspiret, quantum fieri poterit describere aut delineare mihi in animo est. in disponenda autem materia hanc viam secutus sum, ut primum percurrerem singula grammaticae capita Kruegeri potissimum libri ratione habita, quem etiam in vocabulorum indice componendo tamquam ducem secutus eram, dein verborum delectum conarer illustrare eis potissimum vocabulis collectis quae a priorum usu recedere viderentur, denique de stili Teletei aliquot proprietatibus observationes adderem selectas. ubi igitur cum Atticorum priorum usu et syntaxi consentit oratio Teletis, paucis defungi liceat breviusque rem absolvere, paulo autem explicatius agere utque ad unum omnia adferantur exempla, ubi discrepat. ceterum de copia verborum et delectu mihi disserenti adparet quam utile fuerit futurum, si Stoicorum fere aequalium, maxime Chrysippi, fragmenta in unum quod diu desideratur corpus collecta prostarent. nunc ut res sunt quo pauciora

---

si verum est etiam istius modi additamenta quae leguntur p. 12, 4 Hens. ὅρα σχολὴν καὶ παιδιάν· ἡμεῖς δέ, κἂν ἄλλον ἴδωμεν, πεφρίκαμεν p. 13, 15 ὅρα παιδιάν ex epitomatoris, non ex lectoris vel librarii alicuius industria repetenda esse, fides Theodori confirmatur potius quam debilitatur. neque enim harum similes ineptiae offeruntur nisi in hoc ipso tractatu secundo. quod autem comparavit Diels p. 23, 10 καὶ ἡμεῖς μὲν καὶ ἰδεῖν καὶ ἅψασθαι ὀκνοῦμεν· οἱ δὲ (sc. Αἰγύπτιοι) σκελετεύσαντες ἔνδον ἔχουσιν κτέ., id et per se recte se habet nec unde per Teletem adsumptum sit hodie in dubio est. quid quod ne istis quidem verbis ὅρα σχολὴν κτέ. sermonis genuini vestigia prorsus obscurata esse putat Wachsmuth coll. Arr. Epict. diss. IV 1, 166 extr.

ipse in medium adferre poteram utpote adulescens paucorum auctorum lectione instructus, eo mihi gratius erat et acceptius quod in hac potissimum provincia consilium praeceptoris mei mihi non deesse volebat.

Iam ut rem ipsam aggrediar, primum breviter non nulla compono quae priore artis grammaticae parte complecti solent.

Caput I.

De formis vocabulorum.

Ad comparationem quae pertinent haec in Telete inveni quae commemoratione digna sunt.

ῥᾳδιέστερος forma legitur p. 10, 5 Hens. eadem usus erat Hyperides teste Athenaeo X p. 424 d nec spreverat eam Aristoteles probl. II 42. 870[b] 37. bis eundem comparativum exhibet Polybius XI 1, 1 (verba servavit Suidas s. v. ῥᾳδιέστερον) et XVI 20, 4. retinenda igitur videtur forma, licet concedendum sit de totius loci conformatione scrupulos moveri posse. cf. quae monuerunt de Arnim *Göttinger gel. anz.* 1890 p. 125 I. Sitzler *neue philol. rundsch.* 1890 p. 277.

formae πλείους πλείω πλειόνων exhibentur in Teleteis, vide indicis v. πολύς p. 80. neutrum genus numeri singularis non comparet.

πτωχότατος forma exstat 36, 10 sicut οἱ πτωχότατοι 34, 5. eisdem formis utitur Timocles comicus apud Athen. VI p. 223 c (cf. Palladas Anth. Pal. X 50), cum πτωχίστερος formam exhibeat Aristoph. Ach. 425 Mein. 'wohl nur komisch' ut iudicat Krueger *gr. sprachl.*[5] 23, 2, 8. cf. etiam Kuehner-Blass *ausf. gr. d. gr. spr.*[3] I 1 p. 564.

Vt ex pronominum usu non nulla adferam nota-

biliora, τοσοῦτον, non τοσοῦτο, legitur 16, 7, si vera est **lectio** codicis L, quam revocavit Hense. item τοιοῦτον, non τοιοῦτο 5, 5. de utriusque forma pronominis cf. Meisterhans *gramm. der Att. inschr.*[3] p. 122, 8. ὅτου semel exstat in formula ἕως ὅτου 27, 6, nusquam οὕτινος, cf. Meisterh.[2] p. 123, 13. praeterea leguntur ὅστις ἥτις ὅτι (v. ind. voc.).

semel legitur οἷος: 5, 6 τοιοῦτον οἰκητήριον... οἷον (ὅῖος ci. Sitzler l. c.), non ὁποῖος. bis ὁπόσος 4, 10. 37, 7, semel ὅσος 1, 13 ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὅσα...; cf. de his formis Meisterh.[2] p. 196, 16.

indefiniti pronominis formae τοῦ et τῷ (pro τινός, τινί) non exstant, cf. Meisterh.[2] p. 123, 14.

Transeo ad verbi formas aliquot aut minus usitatas aut alio nomine memorabiles.

ἐπιμελόμενος habent libri 46, 1, non ἐπιμελούμενος.

διψᾷ 5, 3. 38, 9 et πεινᾷ 5, 2. 38, 8. legitur διψᾷ etiam Ps.-Plat. Axioch. p. 366 A. Axiochum saeculo tertio scriptum esse hodie fere consentiunt, ceterum cf. Veitch *greek verbs irregular and defective*[4] (Ox. a. 1887) p. 194 et 518, praeterea quae Hense dicit p. XXI etiam de χρᾶσθαι et χρῆσθαι formis.

in exemplis his εὐαρεστοίη 43, 3 et ἀποδημοίη 47, 17 optativus in —ίην terminatur, ut ἐπιορκο[ί]ην legitur in titulo Attico C. I. A. II 578, 12 Meisterh.[2] p. 132, 8. optativus ἐπαινέσαι 9, 9, cf. 21, 10, sed δείξειας 34, 9 ποιήσειεν 45, 5. de quibus vide quae dixit editor p. XXI.

imperfectum tempus sine augmento ὤθει 7, 1 rarum apud Atticos; exempla collegit Veitch[4] p. 714. imperfectum verbi καθεύδω ubique praebent libri ἐκάθευδε, ut verbi κάθημαι ubique formam ἐκάθητο. vid. ind. voc. et ἐδύνατο (ut ἐβούλου et ἐβούλετο) legitur et ἠδύνατο. ex epitomae ratione hanc discrepantiam repetiit editor l. c.

notabilis est forma ἀπελεύσεται 29, 8, utpote quae aliena sit a prosae orationis scriptoribus Atticis, item a

comoedia. de tragoedia vide Nauck ad Soph. Trach. 595. suspectus est Lysiae locus or. 22, 11. legitur forma apud posteriores, velut apud Polybium ἐξ— IV 9, 5 προσελεύσεσθαι XXI 11, 6. cf. Veitch[4] p. 275, ubi omittitur locus Teletis.

στερηθήσομαι dixit Teles sensu passivo, non στερήσομαι 47, 12.

futurum tertium quod dicitur formatur per ἔσομαι, non modo generis activi: 39, 13 ἔσται βεβιωκώς 2, 14 κατακεκλεισμένος ἔσῃ.

forma aoristi ἐβίωσε legitur 39, 9. admodum rarus hic aoristus apud Atticos: Plat. Phaed. p. 113 D βιώσαντες (ubi βιοῦντες proponit Hirschig et Cobet n. l. p. 577) Xen. oec. IV 18 εἰ ἐβίωσεν (εἰ ἐπεβίω ci. Cobet l. c. p. 576) com. anon. v. IV p. 669 Mein. τοῦτον τὸν βίον ὃν οὐκ ἐβίωσε. tamen a Telete (vel a Cratete) non abiudicanda erit forma, quamquam illo uno loco legitur, nam eadem plus semel usus est Aristoteles, cuius exempla collegit Bonitz in indice et Veitch[4] p. 133 qui commemorare poterat etiam Teletem. ceterum quod in eadem Teletis pagina 39, 13 legitur βεβιωκώς, id dictum est ex more Atticorum.

formam εἶπας habent libri SMA 18, 11, sed εἶπες L. formae εἶπον εἴποι εἰπεῖν εἰπόντος leguntur in locis reliquis quos signavi in indice. ἐνέγκαντα libri 9, 10, sed eidem ἐνεγκόντα 10, 4. utrum praetulerit Teles, dubitari potest. librorum in talibus non nimia fides. ex gr. εἴποιμεν habet S Stobaei flor. 12, 24, εἴπαιμεν libri Platonis Soph. p. 240 D.

de ἥκατε forma cf. Meyer *gr. gramm.*[2] § 562 et 563 et quae adnotat Hense.

pro τετάφαται dicit Teles nimirum τεθαμμένοι εἰσίν 21, 7, cf. Meisterh.[3] p. 131, 4.

dignum commemoratu est καθεσταμένος: 16, 3 ὁ νῦν

ἐπὶ Θρᾴκης καθεσταμένος ὑπὸ Πτολεμαίου. haec est forma ut non a Polybio (X 4, 6. IV 84, 1) ita a scriptoribus Atticis aliena (διεσταμένος habet cod. Par. A Platonis Tim. p. 81 D), cf. Kuehn.[2] § 283, 3 p. 647. conservandam esse formam apud Teletem demonstrat Cobet mnemos. IX p. 121. in titulis Atticis sero καθέσταμαι pro καθέστηκα usu venire docet Meisterh.[2] p. 153, 9. ceterum cf. Veitch[4] l. c. p. 339.

denique moneatur de φάμενος: 8, 13 πολυτελῆ φάμενον πόλιν εἶναι τὰς Ἀθήνας. participium hoc apud Atticos pro φάσκων locis admodum paucis reperiri observat Krueger 38, 4, 1 (cf. *krit. stud.* II p. 45) tres enumerans hos Aesch. Choeph. 315 (chor.) Xen. Hell. I 6, 3 Ps.-Plat. Alcib. II p. 142 E. Cleanthi datur φάμενος a Diogene Laertio VII 171, sed in apophthegmate. reperiuntur etsi raro aliae quoque eiusdem generis formae, cf. Veitch[4] p. 675.

his pauculis praemissis iam ad syntaxin transgredi libet.

Caput II.

De syntaxi.

Ut a genere nominis initium faciamus, genus neutrum nominis adiectivi articulo praeditum substantivi vim haud raro sibi adsumit (cf. Krueg. 43, 4, 1): τὰ πολυτελῆ 3, 13 τοῖς δὲ ὀλίγοις καὶ εὐτελέσι 3, 14 τὰ τούτοις πρόσφορα 10, 2 al. sic in temporibus definiendis (Krueg. 43, 4, 6) τὰ μέσα 11, 6. 7 τὰ παλαιά 16, 5; huc pertinet etiam 47, 4 ἐπὶ τῶν Τρωικῶν. ab adiectivo nomine numerali pendet genetivus 11, 7 τὰ πρῶτα τοῦ βίου. substantivorum vice funguntur participia τὰ πεσόντα 13, 3 τοῖς συμβεβηκόσιν 28, 13 τὴν τοῦ ἐκλελοιπότος χρείαν 46, 2. sed haec utpote notiora non exhaurio.

ellipsis, quam vocant grammatici, masculini nominis (Krueg. 43, 3, 2) observatur 5, 3 διψᾷ Χῖον (sc. οἶνον), feminini generis in his πολλὰς (sc. πληγάς) λήψῃ 2, 14 (cf. Krueg. 43, 3, 3), ἐπὶ ξένης 15, 3, al., ἐν τῇ ἰδίᾳ 15, 4, al. rarius sane est dictum 32, 14 οἱ βασιλεῖς αὐτοὶ πολλῆς (sc. γῆς) ἐπάρχοντες. ad articulum neutri generis, quocum genetivus coniungitur, loci significatio mente est subaudienda 17, 5 εἰς τὸ τοῦ Ἐνυαλίου, cf. Krueg. 43, 3, 7. etiam praedicative neutrum adiectivi nominis ita adhibetur ut vim aequet substantivi 14, 6 τὴν φυγὴν βλαβερὸν εἶναι 20, 3 μέγα δὲ καὶ προσηνὲς τὴν πατρίδα 34, 3 ὁ δὲ πλοῦτος εἰς ταῦτα χρήσιμον (πρὸς ταῦτα χρήσιμος ci. Iacobs), cf. Krueg. 43, 4, 11. data hac occasione addo pronomen ad duo diversi generis nomina relatum genere concordare cum propiore in his 47, 11 τῷ τέκνα καὶ φίλους εἰ περὶ τούτους πλείω, cf. Krueg. 58, 3, 2.

N u m e r o utitur Teles singulari et plurali, duali non item. dixit igitur δύο ἀδελφῶν (non δυοῖν ἀδελφοῖν) 8, 6 δύο χαλκῶν (bis) 9, 3 δύο γέροντας, δύο πένητας, δύο φεύγοντας 8, 8 δύο ἱμάτια 30, 13. cf. Meisterh.[2] p. 163 Kuehner-Blass l. c. p. 362.

pluralem nominum abstractorum, quo abundat ex. gr. Isocrates, non defuisse apud Teletem exemplum docet hoc τὰ δὲ ὀνείδη τῆς δημοκρατίας 21, 8. alius generis sunt haec ὑπὸ τῶν ἰδίων τρόπων 6, 7 πάσας τὰς ἡλικίας 38, 6. cf. Kuehn.[2] II p. 15 sqq.

variatur numerus in his οἱ μὲν πλούσιοι ... ὁ δὲ πένης 35, 3. plurali numero ponitur neutri generis pronomen, quamquam pertinet ad praecedentem rem singulari exhibitam 34, 3 ἡ πενία κωλύει πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, ὁ δὲ πλοῦτος εἰς τ α ῦ τ α χρήσιμον et mox οἱ δὲ πλούσιοι διὰ τ α ῦ τ' α ὐ τ ὰ ἐν τῇ πάσῃ ἀσχολίᾳ εἰσίν. quorum simile est hoc 35, 9 πλοῦτόν τε γὰρ πλεῖστον αὐτὸν ἔχειν ὥστε δαπανᾶν εἰς τ α ῦ τ α (i. e. τὸ φιλοσοφῆσαι); cui addatur διὰ μὲν ἔνδειαν καρτερεῖν βιά-

ζονται, διὰ δὲ πλοῦτον τὰ ἐναντία 34, 11. non alienus est hic dicendi usus ab Atticis, cf. Kuehn.[2] II p. 60 adn. ab adversarii quem adloquitur persona secunda inexspectato transit scriptor ad tertiam numeri pluralis in his: οἴει ... ὁρᾷς 34, 3 δείξειας 34, 9 ὁρᾷς 34, 10. 35, 2, contra φασὶ δέ 36, 8, cf. Hense p. XIX.

Iam ut de casuum usu non nulla subiciam notabiliora, interiectionem ὦ sibi adsumunt vocativi nominum appellativorum 15, 11. 44, 13 (omitto 22, 4. 44, 1, ubi poetarum versus adferuntur), propriorum 35, 11. 48, 2. caret interiectione vocativus qui legitur 7, 3.

Accusativus temporali notione adhibetur in his τὸ μὲν θέρος ... τὸν δὲ χειμῶνα 31, 1, sed variata oratione sic τὸν μὲν χειμῶνα . . . θέρους δέ 5, 4; de quo genere infra aliquid monebitur. numero addito legitur 47, 4 Οὐδὲ γὰρ ἦν μυριοστὸν ἔτος, cf. Krueg. 46, 3, 1.

absolute (Krueg. 46, 3, 2) ponuntur accusativi 16, 6. 14 τὸ τελευταῖον 22, 1 τὴν ἀρχήν, sed vide infra p. 19. nec insolentiores sunt huius modi formulae dicendi: τί (Krueg. 46, 3, 4) 'cur' 4, 3. 4. 7 (sed διὰ τί 2, 7) τρόπον τινά 30, 13 ὃν τρόπον 4, 1 al. προῖκα 5, 4 (Krueg. 46, 3, 5).

accusativus qui dicitur relationis rarius invenitur in Teleteis, sed legitur 28, 9 οἱ παραλελυμένοι τὰς χεῖρας.

figura quam etymologicam vocant grammatici exstat 39, 13 πῶς εὐδαίμονά τις βίον ἔσται βεβιωκώς; exemplum huius simile legitur 39, 9 ἐκεῖνον τὸν βίον ὃν ἐβίωσε. quibus adde hanc dicendi formam ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ὀξὺ ἀκούειν 15, 3 (Krueg. 46, 5, 6). nominis substantivi munus explet adiectivum pronominale (Krueg. 46, 5, 9) οὐθὲν δυσχεραίνων 11, 3.

verbum ἐπαινεῖν a Telete ubique cum accusativo iungi, nusquam cum dativo vix est cur moneam. cf. Meisterh.[2] p. 172.

verbum quod in —εύω terminatur transitive usurpatur

εἴ τις ... τὸν μὲν ὕδρωπα μὴ θεραπεύοι 29, 3, cf. Krueg. 46, 6, 5.

accusativum adsciscunt verba composita, quorum prior pars substantivo nomine est conformata (Krueg. 46, 6, 6), velut apud Teletem 18, 9 τῶν τούτους χειροτονούντων καὶ ψηφοφορούντων.

cum accusativo coniungitur κακουχῶ 25, 4 κακουχεῖ αὐτὸν καὶ ξηραίνει.

verbum λοιδορεῖν non nisi medium genus legitur iunctum nimirum cum dativo 21, 11 λοιδορουμένου τινὸς αὐτῷ. cf. Krueg. 46, 7, 3.

adferam hic Kruegeri materiae dispositione derelicta constructionem passivam quae exstat 15, 18 ἔνιοι ... καὶ τὰ ἔθνη πιστεύονται (Krueg. 52, 4, 2). pro rei accusativo legitur neutrum τοσοῦτον 16, 7 χρημάτων τοσοῦτον πιστευόμενος. genetivi χρημάτων τοσούτων (sic SLMA sed τοσούτων ex τοσοῦτον fecit L[1]) patrocinium nuper suscepit I. Sitzler l. s. c. p. 277. quae ratio non commendatur exemplo quod praemisi. nisi igitur males cum Niebuhrio distinguere post τοσούτων, praestare videtur τοσοῦτον mutatione fere nulla.

accusativus nominis adiectivi quod substantivi vice fungitur verbo passivo ἀναγκάζομαι additur 32, 19 εἶτα ἀναγκάζονται πολλὰ ὧν οὐ βούλονται. cf. Krueg. 52, 4, 8.

θαυμάζω sibi conectit accusativum 20, 7 καὶ Κάδμον μὲν τὸν κτίστην Θηβῶν θαυμάζεις. cf. Krueg. 47, 10, 9. commemorare libet hac data occasione structuram quae legitur p. 31, 4 θαυμαστὸν μὲν γάρ, φησὶν <ὁ Διογένης>, εἰ Μάνης μὲν ... δυνήσεται κτέ. cf. Krueg. 65, 5, 7.

verbis διψῆν et πεινῆν cum rei accusativo iunctis Teles ab usu Atticorum scriptorum plane recedit: 5, 2 πεινᾷ τις πλακοῦντα ἢ διψᾷ Χῖον. saeculi quarti consuetudinem dicendi illustret ex. gr. Xenopho oecon. 13, 9 πεινῶσι γὰρ τοῦ ἐπαίνου οὐχ ἧττον ἔνιαι τῶν φύσεων ἢ ἄλλαι τῶν σίτων καὶ

ποτῶν. sed sciendum est in eorum verborum classi cui πεινῆν et διψῆν adnumerantur a grammaticis non nulla reperiri quae admittant etiam accusativum, vide Krueg. 47, 14 adn. 3. 4. 5. et quale obversatum fuerit verbum Teleti vel Bioni cum scriberet illa ἢ πεινᾷ τις πλακοῦντα κτέ., facile assequeris, si vicina haec perlegeris καὶ ὁ διψῶν ἥδιστα πίνει καὶ ἥκιστα τὸ μὴ παρὸν ποτὸν ἀναμένει; ἢ πεινᾷ τις πλακοῦντα ἢ διψᾷ Χῖον; ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τρυφὴν ζητοῦσιν ἄνθρωποι; cf. Steph. thes. II p. 1587 sq.

Sed iam pervenimus ad genetivum. de genetivo temporali θέρους 5, 5 τοῦ θέρους 5, 6 vide supra p. 12.

genetivus exclamationis legitur interiectione addita 13, 2 ὢ τῆς παρανομίας, cf. Krueg. 47, 3, 2.

genetivi qui vocatur absoluti (Krueg 47, 4) adferatur, ut alia nunc omittantur, exemplum hoc: 43, 6 ὧν γὰρ ὑπαρξάντων ἄνθρωποι λυποῦνται, sed pergit scriptor participio coniuncto usus τούτων ἐν προσδοκίᾳ γενόμενοι φοβοῦνται κτέ. sui fit iuris genetivus, quamquam participium etiam dativo, qui in eodem legitur enuntiato, addi potuerat 15, 5 ἢ οὐ πολλοῖς ὤφθη τὰ πράγματα κατὰ τὴν τῶν τοιούτων ὕπαρξιν ἐπιφανέστερα γεγονότα φυγάδων γενομένων; liberiorem hanc syntaxin illustrat Krueger 47, 4, 2.

genetivus pendet ab articuli genere neutro (Krueg. 47, 5, 10) 6, 15 τὰ τοῦ νέου, similiter 25, 5. 14, 7. 48, 2.

infinitivo subiecti vice fungenti additur genetivus in his 33, 7 τῷ ὄντι μέγα καὶ ἀξιόλογον καὶ πήρας καὶ θέρμων καὶ λαχάνων καὶ ὕδατος <τὸ> μηδενὸς φροντίζειν ἀλλ' εἶναι ἀθώπευτον καὶ ἀκολάκευτον. cf. Krueg. 47, 6, 8. de inserendo articulo vide quae monebo infra. ἀκούω sibi adsumit genetivum rei 12, 11 ἀκούω ὥσπερ χηνός 5, 12 φωνῆς ἀκηκοέναι κακίας ἑαυτὴν αἰτιωμένης.

ἐπιμέλομαι et φροντίζω cum puro casu iungit Teles 46, 1 τῶν λοιπῶν ἐπιμελόμενος 12, 8 κἀκείνης βοώσης οὐκ ἐφρόντιζεν 33, 8 τὸ μηδενὸς φροντίζειν, praepositionem addit περί 36, 2

περὶ οὐδενὸς φροντίζει ἢ περὶ αὐτοῦ. moneo hac data occasione legi 10, 3 στήσεις τρόπαιον κατὰ πενίας, non merum genetivum. cf. Krueg. 47, 7, 3.

vulgaris structura est τί δέ μοι μέλει ἐκείνων 12, 10 τῶν ζώντων ὀλιγωρεῖν 45, 16 cf. 46, 8.

ἐπιθυμῶ exigere genetivum satis notum est: sic 28, 12 τῶν ἀπόντων οὐκ ἐπιθυμῶν, cf. 28, 4. 34, 12, sed ἐπιθυμεῖ τὰ ἐν νεότητι legitur 32, 2. etiam aliis rationibus variatur constructio huius verbi: infinitivus ei accedit 31, 4. 14. 32, 7, enuntiatum finale per ἵνα particulam formatum 32, 11. hanc structuram epitomatoris esse opinatur Wendland *Berl. philol. wochenschr.* 1891 p. 459.

omitto pervagatam structuram ἅπτομαί τινος 25, 1. 8. saepius subaudiendus est genetivus ad hoc verbum: cf. 23, 11 adn. 28, 2. 3. ἐπιλαμβάνομαι cum genetivo sensu dicitur proprio 6, 2 κἂν μέσου τοῦ ὄφεως ἐπιλαμβάνῃ, δηχθήσῃ, ἐὰν τοῦ τραχήλου, οὐδὲν πείσῃ, translato 21, 6 ἐπιλαμβανόμενος Ἀθηναίων.

nolo longus esse de genetivo verbo λύω similibus adiuncto velut 35, 16 τῶν τοιούτων φροντίδων ... λελυμένος 26, 4 ἀπολύει ἀπληστίας ... ἄνθρωπον 26, 5. 6. 32, 13, cf. 24, 2. 28, 14.

τῆς ἀρχῆς ἀποστῆναι legitur 32, 17. adde 35, 3 κωλύονται τοῦ σχολάζειν. huc pertinet etiam διαφέρω 13, 13 διαφέρειν τι ἐκείνην ὄρνιθος et παύω 29, 2 παῦσαι τοῦ δίψους, cf. 29, 7; genus medium exhibetur 29, 4 παύσαιτο τοῦ δίψους. verbo ἀφαιρεῖσθαι adiungitur solus accusativus rei 11, 2 (cf. Krueg. 47, 13, 11), genetivus rei, non accusativus verbis στερεῖν et στερίσκειν, vide 14, 8. 10. 15, 5. 13. constructio passiva legitur 4, 7 μὴ καλοῦ τινος δι' ἐμὲ στερίσκῃ 47, 7 χρειῶν γὰρ ἐστέρημαι 47, 12 χρειῶν στερηθήσῃ.

uno verbo commemoro 32, 6 κἂν τούτου τύχω (cf. etiam 22, 8. 32, 11) τῆς πολιτείας ... μετέχει 21, 2 (cf. 20, 11) οὐδενὸς γεύονται 25, 1. 13, cf. 27, 8. casu non addito legitur 25, 14 ἐκπαθῶς ἀπολαύει, sed audiendus

est genetivus. adde ὄψου δεῖται 5, 1 σπανίζουσιν οὗτοι τούτων 26, 12, cf. 27, 9.

non minus vulgaris est genetivus pendens a verbis ἀξιοῦν et τιμᾶν: 37, 5 τιμῶν πλειόνων ἠξιώθη 11, 12 ἀργυρίου τιμήσασθαι, cf. 11, 13. eiusdem generis sunt haec sermonis cotidiani brevitate insignia 8, 14 ἐπυνθάνετο πόσου τῆς κύπρου ἡ κοτύλη. 'μνᾶς' φησὶν ὁ μυροπώλης. quorum comparia haud pauca leguntur in proximis.

genetivum habent solito more ἄρχειν et βασιλεύειν 3, 9. 16, 13. quibus adde ὑπεράνω γενέσθαι τινός 33, 1.

cum genetivo rei coniungitur verbum καταφρονεῖν, quod semel legitur 7, 10 τῆς ἡδονῆς καταφρονοῦντα.

Ex substantivorum numero affero 15, 12 πολλὴ τῶν τοιούτων ἀφθονία 31, 11 ἐπιθυμίας καὶ ἐπιβολὰς τοσούτων καὶ τοιούτων ἔχει. cf. Krueg. 47, 25. casum non additum videmus talibus ἀπληστία, ἀπορία, εὐπορία, ἔνδεια, σπάνις, de quibus consulatur index vocabulorum. cf. etiam 33, 1 ἐν πολλῇ ἂν εἴη ἀδείᾳ καὶ ἀσπανιστίᾳ.

Adiectiva nomina genetivum adsumunt haec: ἐνδεής 4, 8 μεστός 4, 9 πλήρης 4, 9 παραίτιος 15, 13. τῶνδ' ... ἐπαίτιος detortum ex Homero 5, 13. sine casu leguntur ἀπαθής, ἄπληστος, ἔντιμος, πένης, πλούσιος, haud raro ἐνδεής, semel πλῆρες (opp. κενούμενον) 28, 9.

genetivus comparationis legitur 36, 9. 37, 4. 8. 43, 19.

genetivus partitivus haud rarus est, velut τοῦ παντὸς χρόνου ὁ ἥμισυς 38, 7. pendet a pronomine indefinito 21, 11 τις τῶν Ἀττικῶν φυγάδων 45, 17 ἐὰν τῶν δένδρων ξηρόν τι γένηται, item ab ὁ μὲν ... ὁ δέ quae aeque ac pronomina adhibentur 8, 6 δύο ἀδελφῶν ... διελομένων τὸν μὲν ... τὸν δέ 27, 13 τῶν ἀνθρώπων οὓς μὲν ... οὓς δέ. a talibus quo modo differat syntaxis haec quae legitur 8, 9 δύο γέροντας, δύο πένητας, δύο φεύγοντας, τὸν μὲν ... τὸν δέ ... subtiliter exponit Krueger 47, 28, 3. inter pronomina etiam est

referendum <ὁ> ἐκτὸς ἑκατέρου τούτων 42, 16. superlativis adicitur partitivus 36, 11. 37, 1.

Denique de dativo non nulla addere libet.

τῇ πρώτῃ (sc. ἡμέρᾳ) legitur 11, 13 [15], sed ἐν ᾧ (sc. χρόνῳ) καθεύδω 38, 7, ἐν τῷ νῦν πολέμῳ 36, 1. cf. Krueg. 48, 2; ἵνα μὴ τὰ παλαιά σοι λέγω, ἀλλὰ τὰ καθ' ἡμᾶς 16, 6 οὐδὲ γὰρ ἦν μυριοστὸν ἔτος, οὐδ' ἐπὶ τῶν Τρωικῶν· οὐδὲ γὰρ κατὰ τοὺς προπάππους σου 47, 4.

dativos qui adiungi solent verbis εἶναι ὑπάρχειν γίγνεσθαι singulos enumerare vix tanti est, vide ind. voc. commemoro brevius dicendi genus hoc οὔτε τούτῳ ῥᾴδιον... οὔτε ἐκείνῳ 10, 8 sq. pro hoc dicendi genere τί οὖν μοι ἔσται φιλοσοφήσαντι 28, 6 prioribus nescio an usitatior fuerit formula τί πλέον ἐμοί ἐστι, cf. Krueg. 48, 3, 7.

item index vocabulorum consulatur propter dativum personae solito more verbis παρασκευάζω παρέχω φέρω δείκνυμι πιστεύω ἐγκαλῶ horumque similibus adiunctum.

verbum κελεύειν structuram habet Atticam. vide ind. voc.

non minus nota est haec structura τοῖς κατὰ προαίρεσιν περιβάλλουσιν ὀργίζονται καὶ θυμοῦνται καὶ ὑφορῶνται 43, 9. item λοιδορεῖσθαί τινι legitur 21, 11 (cf. Krueg. 46, 7, 3). τῇ παρούσῃ (sc. διαίτῃ) δυσχεραίνων dicit 30, 11, cum priores praeferant accusativum (Krueg. 48, 8, 1). sed cf. Bonitz ind. Ar. p. 210ᵇ 28. subicio his verba affectuum dativum rei adsumentia εὐαρεστεῖν et δυσαρεστεῖν 43, 13. 28, 3, vel etiam personae ut ἐπιχαίρειν 2, 10. sed horum plurimis explicatius addit ἐπί τινι, sic αἰσχύνεσθαι, ἄχθεσθαι, δυσκολαίνειν, λυπηθῆναι, ὀδυνᾶσθαι. vide ind. voc. s. v. ἐπί. verba ἀγαπᾶν et στέργειν non leguntur nisi semel cum accusativo personae coniuncta (cf. Krueg. 48, 15, 8) 43, 20 αὐτὸν ἀγαπᾷ καὶ στέργει.

in structura verbi χρῆσθαι vel χρᾶσθαι, μάχεσθαι non est cur moremur. vide ind. voc.

structura ἀντιτιθέναι τινί τι quae Platoni familiaris est legitur 46, 15 τῷ δοκοῦντι κακῷ τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν ἀντιτιθέναι καὶ ἐξισοῦν.

ex compositorum numero quae dativum adsumunt commemoro structuram hanc 47, 15 ἐπιβάλλουσαν ἡγεῖσθαι τὴν στρατείαν καὶ τὴν ἀποδημίαν τῷ φίλῳ utpote prioribus minus usitatam. nihil insoliti habent προσγίνεταί τινι 34, 12 συνέβη 21, 4 περιγίνεται 21, 5 περιπίπτειν 43, 8. 46, 11 (Krueg. 48, 11 cum adn.), ut omittam talia οὔτε ἑαυτοῖς προϊεμένους οὔτε ἄλλοις μεταδιδόντας 27, 15.

nomina adiectiva quibus dativus adhaeret repperi haec πρόσφορος, χρήσιμος καὶ βοηθός, συνεργός. verba scriptoris dedi in indice voc. minus tritum est hoc ἔχων συνεργὸν τὸν πλοῦτον τῇ αὑτοῦ κακίᾳ 34, 13. οἰκεῖος semel legitur ea notione qua genetivum adsumere solet 37, 1. 2, cf. Krueg. 48, 13, 5.

dativos instrumentali vi vel causali adhibitos vix attinet singulos enumerare: τῇ χειρὶ ἐξελών 28, 7 τῷ γλοιῷ ἠλείψατο 30, 15 τῷ λιμῷ ἀποθανεῖν 30, 1 τῷ πλεονασμῷ τῶν ἡδονῶν ἐκμετρῆσαι 39, 14 πολὺ εὐσχολώτερος εἶναι τῷ μηδὲν ὑπάρχειν 36, 1 ἀφελέστερος τῷ τρόπῳ 30, 9. saepius dixit ἀρκεῖσθαί τινι, vide ind. voc. comparativis adiungit et πολύ (35, 16. 37, 2) et πολλῷ 34, 8. formula Attica καί τι μᾶλλον legitur 45, 12, cf. Krueg. 48, 15, 11. constans est apud Teletem formula τί διαφέρει vel etiam cum pronomine indefinito διαφέρειν τι, non τίνι aut τινί, cf. Krueg. 48, 15, 14. sine casu legitur οὐ προσεῖχε in his 11, 11 καὶ τῶν δικαστῶν κελευόντων ἀργυρίου τιμήσασθαι οὐ προσεῖχεν, ut tamen facile ille subaudiatur.

denique adverbii instar legitur τῷ ὄντι 33, 7.

De comparationis gradibus haec paucula adnotare licet. comparativo abundanter additur μᾶλλον 36, 9. sed haec ubertas dicendi prioribus non inaudita est (Krueg. 49, 7, 5 Kuehn.[2] II p. 25). de Aristotele cf. Bonitz ind.

p. 402ᵇ 53. contra comparativo notio (μᾶλλον) subaudienda est in his 34, 3 πόσους γὰρ οἴει δι' εὐπορίαν ἢ δι' ἔνδειαν κωλυθῆναι σχολάζειν, ubi ἢ particula pendet e comparativo μᾶλλον intellegendo. cf. Arr. Epict. diss. III 1, 41. ῥᾴδιον ἢ etiam sermoni Attico vindicare studet Leo Sternbach anthol. Plan. p. 41 sq. idque contra Cobetum n. l. p. 748. formulae μᾶλλον ἢ in Teleteis admodum frequenti haud absimile est illud πρότερον ... ἤ, quod occurrit in verbis Bionis p. 29, 4 ἐκεῖνός τε γὰρ ἂν πρότερον πίνων διαρραγείη ἢ παύσαιτο τοῦ δίψους.

adverbialiter ponitur superlativus 41, 14 ἔσχατον εἰς ᾅδου. comparare iuvat τὸ τελευταῖον, cuius formulae exempla videantur in indice.

De articuli usu pronominis vices explentis, ut notiora omittam (velut τὸν μέν ... τὸν δέ 8, 6. 9 vel διψᾷ [sc. τὸ παιδίον], ἡ δὲ [sc. τροφός] λούει κτέ. 38, 9 sq., cf. Krueg. 50, 1, 4), hoc inprimis memorabile est etiam formas οὓς μὲν ... οὓς δέ et ἃ μὲν ... ἃ δέ adhiberi a Telete 27, 13. 14. 25, 11. ‘Erst seit Demosthenes, und sehr selten bei den Attikern, findet sich diese veraltete Form des Artikels (gew. im Plural) auch in Verbindung mit μέν und δέ, doch nur in den obliquen Casus’ Krueg. 50, 1, 5. Aristotelis exempla collegit Bonitz ind. p. 532ᵇ 10. haud rarus est hic usus apud Polybium qui habet etiam ἃς μὲν ... τὰς δέ (III 76, 4) sim., cf. Schweighaeuser lex. Polyb. p. 399. formulam πρὸ τοῦ Teles habet 17, 8. 31, 2 (Krueg. 50, 1, 19).

meri articuli apud Teletem usus continetur fere consuetudine Attica. adferam notabiliora non nulla Kruegeri dispositionem secutus.

nomina propria plerumque habent articulum ut significentur tamquam poetarum carminibus celebrata, velut ὁ Πολυνείκης (22, 3) ὁ Χάρων (22, 9) ὁ Πρίαμος (24, 5) ὁ Λαέρτης (25, 2) ὁ Τάνταλος (25, 5) similia. sed aequalitatem in his vix quisquam exspectabit.

suspectus erit articulus, quamvis in optimo libro sit, in his 29, 7: μὴ πρὸς τὸν Πτολεμαῖον πέμπε ... ἀλλὰ [εἰς ἀκαδημίαν] πρὸς Κράτητα non solum propter membrorum concinnitatem sed quia supra legitur sine ulla librorum discrepantia 16, 4 ὑπὸ Πτολεμαίου. suo igitur iure adnotavit Hense: ‘πρὸς τὸν S: πρὸς MA fortasse recte’.

auctoris nomen semper articulo distinguitur in formula φησὶν ὁ δεῖνα idque sine codicum discrepantia. exempla sunt haec: 3, 4. 4, 1. 5, 6 (cf. 11). 10, 2. 14. 21, 15. 22, 2. 26, 13. 29, 1. 38, 4. cf. etiam 45, 15. 47, 9, etsi non sunt prorsus eiusdem monetae. recte igitur suppletum est 31, 4 φησὶν <ὁ Διογένης> cum articulo. ubi autem formula haec derelinquitur, etiam maiorem sibi sumit Teles libertatem ponendi articulum vel non ponendi: Ζήνων ἔφη scripsit 35, 4 οὐ κακῶς δὲ καὶ Θέογνις λέγει 34, 6. οὐ κακῶς οὖν οὐδὲ Σοφοκλῆς κτέ. libri praebent 36, 3, sed mox οὐκ ἀπὸ τρόπου δέ μοι δοκεῖ οὐδ' ὁ Εὐριπίδης ἐγκωμιάζων λέγειν κτέ. 37, 9. οὐκ ἀηδῶς γὰρ Κράτης legitur 33, 2, sed paulo ante eiusdem sermonis pagina 31, 8 recte procul dubio ex librorum scriptura ὦ φιλήμονε elicuit Gesnerus οὐκ ἀηδῶς ὁ Φιλήμων, quamvis de exilio sermo praebeat 17, 15 οὐκ ἀηδῶς Φιλήμων sine articulo. sic etiam οὐκ ἀηδῶς γὰρ Εὐριπίδης 41, 2. <ὡς Πλάτων φη>σίν suppletum est 12, 1. credibile est igitur ipsum scriptorem in eius modi locutionibus varietati non nihil dedisse, licet epitomatorem non hoc illo loco a pristina forma recessisse nemo praestiterit.

terrarum nominibus modo adicitur articulus (16, 1) modo detrahitur (15, 7. 8. 16, 3). in eadem fere condicione versantur nomina urbium, modo adsumunt articulum modo abiciunt: τὰς Ἀθήνας 8, 13 τῇ Σπάρτῃ 44, 15 Θηβῶν 20, 7 ἐκ Θηβῶν 22, 9. nomina gentilia numero plurali exhibita semper carent articulo (cf. Krueg. 50,2,11). sic Ἀθηναῖοι 36, 12. 21, 6. 37, 1. 36, 11 Κυπρίων 35, 6 Λακεδαιμόνιοι 20, 10. 45, 7 Μεγαρέων 21, 14. regula non

laeditur exemplo hoc: Ἱππομέδων ὁ Λακεδαιμόνιος ὁ νῦν ἐπὶ Θρᾴκης καθεσταμένος ὑπὸ Πτολεμαίου, Χρεμωνίδης καὶ Γλαύκων οἱ Ἀθηναῖοι οὐ πάρεδροι καὶ σύμβουλοι; 16, 4. nam articulum habet appositio ut Chremonides et Glauco distinguantur ab Hippomedonte Lacedaemonio atque denotentur Athenienses tamquam omnibus noti (Krueg. 50,7,8). nec magis huic observationi (quam Hensio debeo) adversatur quod ille admisit 23, 11 οἱ δὲ <Αἰγύπτιοι> σκελετεύσαντες κτέ. nam ipse monet probabilius esse Aegyptiorum mentionem iam factam esse eis quae perierunt ante καὶ ἡμεῖς (23, 10), ut subaudiendum potius sit vocabulum Αἰγύπτιοι. minus commode iudicari poterit de singulari eius modi nominum numero, quia et Ἀθηναῖος 32, 9 et haec ὅτι Κυθήριος, ὅτι Μυκόνιος, ὅτι Βελβινείτης praedicati locum tenent. sed leguntur sine articulo 27, 8 ἢ Αἰγυπτίῳ κύνα ἢ Ἕλληνι κρανίον ἀνθρώπου. contra Lacaena nobilis sic distinguitur καὶ ἐκείνη δὲ πάλιν ἡ Λάκαινα 45, 1, nec dissimili modo dicitur Λυσάνδρου τοῦ Σπαρτιάτου τίς ἐντιμότερος κτέ. 37, 4.

ἄνθρωποι sine articulo Teles dicere solet (cf. Krueg. 50, 3, 6) in sententiis his: 1, 13 καὶ τί ποτε ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὅσα δοκοῦσιν ἄνθρωποι; 5, 3 ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τρυφὴν ζητοῦσιν ἄνθρωποι; praeterea conferas 42, 3. 43, 6. cum articulo autem exhibetur genetivus partitivus τῶν ἀνθρώπων οὓς μὲν χρήματα ἔχειν οὓς δὲ κτήματα 27, 13.

accedit articulus ad adverbium 10, 11 ὥσπερ τοῖς πολλοῖς δύναται . . . οὗτος καὶ τοῖς ἀνάπαλιν, ubi Cobet frustra articulum inter et adverbium ὀλίγοις inserere voluit, cum ἀνάπαλιν 'de qualibet conversione in contrarium' apud Aristotelem usurpetur. neque aliter reperitur singularis articuli τό (cf. Krueg. 50, 5, 10) in his καὶ εἰς τὸ προσηνῶς καὶ εἰς τὸ ὑγιεινῶς 40, 14.

enumerentur dictiones, quales hae sunt: 16, 5 τὰ καθ'

ἡμᾶς 32, 18 τὰ καθ' ἑαυτούς 32, 2 τὰ ἐν νεότητι 14, 3 τὰ ἐπὶ τῶν τεχνῶν.

nomina quae cum οὗτος vel οὑτοσί (de ὅδε vide infra p. 20) aut ἐκεῖνος pronominibus iunguntur, sive praecedit pronomen sive subsequitur, habent articulum (Krueg. 50, 11, 19), nisi quod deest alicubi nominibus propriis: Θεμιστοκλῆς ἐκεῖνος 15, 11 Λυκῖνος ἐκεῖνος 15, 19 καὶ Μητροκλῆς δὲ ἐκεῖνος 29, 11 (cf. Krueg. 50, 11, 22).

legitur ὁ τοιοῦτος 21, 2. 32, 12 τὸν τοιοῦτον 26, 1, cf. 15, 6, 12. 18, 7. 20, 11. 26, 6. 33, 1. 36, 9; ἡ τοιαύτη ἀναστροφή 30, 8, cf. 32, 13. 35, 15. abest articulus secundum grammaticorum praecepta (Krueg. 50, 4, 6) in his: οὐ κατὰ στέρησιν φρενῶν καὶ νοῦ, ἀλλὰ τοιούτων φρενῶν καὶ τοιούτου νοῦ 42, 9, cf. 42, 8. ἐπιβολὰς τοσούτων καὶ τοιούτων ἔχει 31, 11.

articulus pronomini ἕτερος (cf. Krueg. 50, 4, 8) vel ἄλλος sive adiectus sive detractus in Telete nihil habet peculiare. vide ind. voc.

item societatum quas πᾶς cum aliis nominibus init cum consuetudine Attica conspirant plurimae. ἅπας aut ξύμπας non legitur. confer igitur inter se τοῦ παντὸς χρόνου 38, 7 (Krueg. 50, 11, 12) et ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ (hoc uno loco occurrit ὅλος pron.) πάσας τὰς ἡλικίας 38, 5 (Krueg. 50,11,11) πάντων τις τῶν τοιούτων 33, 1 πᾶν τὸ προσταττόμενον 4, 5 (vide etiam Krueg. 50, 4, 1). πάντων Ἀθηναίων 36, 11 dixit, quia dixisset etiam Ἀθηναίων voce πάντων detracta, vide Meisterhans[2] p. 192. sed minus commendatur more Atticorum quae saepius legitur dicendi formula ἐν τῇ πάσῃ ἀπορίᾳ 8, 7 *in cuiusvis generis inopia* (τοῦ παντὸς ἐνδεῖται habet Xenopho conv. IV 35, qui locus respicitur ipse) ἐν τῇ πάσῃ εὐκολίᾳ 8, 9 (cf. Meineke ad 8, 7) ἐν τῇ πάσῃ ταραχῇ 8, 10 ἐν τῇ πάσῃ ἀσχολίᾳ 34, 6. velut conferatur Plato Phaed. p. 82 E ἐν πάσῃ ἀμαθίᾳ κυλινδουμένην p. 108 C ἐν πάσῃ ἐχομένῃ ἀπορίᾳ Soph. p. 250 D πάσῃ

συνειχόμεθα ἀπορίᾳ Gorg. p. 522 A ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ p. 523 B οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς κακῶν (vide Walbe synt. Plat. spec. p. 23) vel Demosthenes X 74 ἐν ἀδοξίᾳ πάσῃ καὶ ταπεινότητι καθεστάναι XX 49 τοὺς δ' ἐν ἁπάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονίᾳ XXXIV 8 ἐν πάσῃ ἀπορίᾳ ἦν[1]). sed in titulo Attico Bioneae fere aetatis CIA II 331, 26 (a. 271/265 ante Chr.) legitur τὴν πᾶσαν ἐποιήσατο σπουδήν, 'alle erdenkliche Mühe' ut recte interpretatur Meisterhans[2] p. 193. saepe vero Polybius sic loquitur, cuius exempla collegit Schweighaeuser s. v. πᾶς, velut ἐν τῇ πάσῃ φιλανθρωπίᾳ III 77, 4. cf. I 15, 6 ταῦτα ... τῆς πάσης ἐστὶν ἀλογίας πλήρη IV 27, 2 τῆς πάσης γέμειν κακοπραγμοσύνης III 19, 12 al.

semel exstat adverbii instar τὴν ἀρχήν 22, 1 (ut est apud Platonem conv. 190 B al.; cum scriptores alii modo addant articulum modo omittant).

τοῦ θέρους dicit p. 5, 6, sed paulo ante θέρους sine articulo (cf. Krueg. 47, 2, 1), cui respondet nihilo setius τὸν μὲν χειμῶνα 5, 4, idque etiam casum si spectas, non nimis concinne; concinnius infra p. 31, 1 τὸ μὲν θέρος ... τὸν δὲ χειμῶνα. tamen nescio an iniuria scrupulum moverit Wendland *Berl. philol. wochenschr.* 1891 p. 459. ut autem θέρους dixit sic etiam ὄρθρου sine articulo 38, 14.

adverbiali in formula habes articulum 34, 4 ὡς ἐπὶ τὸ πολύ (cf. Krueg. 69, 63, 5).

denique moneo librarios et omisisse nonnunquam articulum inter scribendum (cf. 10, 9. 11, 5. 32, 13. 37, 3 al.) et per errorem interdum intulisse, velut in formula ὅταν [ἡ] ὥρα ᾖ 11, 4 ubi ἡ istud circumsaepsit Nauck vixque praestat corrigere ὅταν ὥρα ἥκῃ coll. Xen. apomn. II 1, 2.

[1]) Thucydides VII 55, 1 dixit οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἐν παντὶ δὴ ἀθυμίας ἦσαν (cf. Krueg. 47, 10, 3). frustra autem Cobet n. l. p. 340 ad huius loci normam corrigi iubet Xenophontis illud hist. gr. VI 2, 24 οἱ δ' ἔξω ἐν πάσῃ δὴ ἀθυμίᾳ ἦσαν.

sed ὅταν ἡ ὥρα 'εἴ' ἔμβα π. ἕ.' coniecit Diels. nonnumquam ubi deest in libris licet dubitare, addatur rectius a criticis articulus an omittatur, vide quae adnotavit Hense 9, 10. 10, 4 et quae scripsi infra de infinitivi articulo.

Pronominum personalium nominativi non adiciuntur verbis nisi cum emphasi vel ubi opposito opus est. habet in deliciis Teles opposita qualia efficiuntur per ἀλλ' ἡμεῖς πάντα μᾶλλον αἰτιώμεθα 5, 9 sim., id est 'nos imbecilliores qui vulgi opinionibus inhaereamus'. cf. quae monuit editor p. LX.

pronomen οὗ οἷ ἕ haud inusitatum Atticis apud Teletem iam non legitur; idem dicendum est de Polybio. cf. Kaelker de eloc. Polyb. (*Leipz. stud.* III) p. 277.

genetivus pronominis reflexivi ἡμῶν αὐτῶν semel poni poterat, sed praetulit Teles ἑαυτῶν formam 5, 9 ἡμεῖς πάντα μᾶλλον αἰτιώμεθα ἢ τὴν ἑαυτῶν δυστροπίαν; item habet αὑτοὺς pro ἡμᾶς αὐτούς: 15, 14 ἡμεῖς πολλαχοῦ αὑτοὺς κατορύττομεν. ut a prioribus hic usus non alienus ita solemnis est apud Polybium, vide Kaelker l. c. p. 177. cum hoc igitur conspirat Teles, si ex duobus locis certi quicquam colligi poterit. σαυτόν formam praebet 44, 9.

pronomen αὐτόν vel ἑαυτόν ita nonnumquam ponitur ut spectet ad τινά in prioribus subaudiendum. sic 6, 8 διὸ δεῖ μὴ τὰ πράγματα πειρᾶσθαι μετατιθέναι, ἀλλ' αὐτὸν παρασκευάσαι 45, 11 πῶς δὲ οὐκ ἀλόγιστον . . . τὸ καθῆσθαι κλαίοντα καὶ λυπούμενον καὶ ἑαυτὸν προσκαταφθείροντα; cf. Krueg. 55, 2, 6.

ὅδε pronomen ad praecedentia spectat bis vel ter 9, 4 τῷδε 10, 2 τάδε, ita ut priore loco Diogenis persona, altera Cratetea ratio tamquam sub oculorum conspectum ponantur (cf. Krueg. 51, 7, 3). sic etiam 5, 13 ubi versus legitur ex Homero detortus. cf. 20, 6. alibi ὅδε pronomen non reperitur. ut igitur ὅδε rarum est, sic τῇδε, τοιόσδε, τοσόσδε, τηλικόσδε omnino non leguntur, ὧδε non nisi semel 9, 4 (cf. Blass *liter. centralbl.* 1890 n. 30) sed ταύτῃ fortasse 13, 2, οὕτως, τοιοῦτος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος. vide ind. vocab.

οὗτος pronomen ita fere adhibet Teles ut ab Atticorum norma non recedat. neque enim talia ἀλλὰ τοῦτό γε, εὑρεθῆναι τὴν πατρίδα μοχθηρὰν καὶ ἀχάριστον οὖσαν, πῶς οὐκ ἀκλήρημα; 18, 12, vel haec ἐπυνθάνετο εἰ διὰ τοῦτο οὐκ ἀριστᾷ ὅτι ἡ ὄρνις ἐπιπτᾶσα καταβάλοι 13, 10 habent quicquam insoliti (cf. Krueg. 51, 7, 3), cum praesertim praecedat modo ὡς ἡ ὄρνις ἡ γενναία ἐπιπτᾶσα κατέβαλε τὸν πίνακα 13, 7. οὑτοσί quater legitur, vide ind. vocab., vel quinquies; nam ταυτὶ suasit Blass 13, 2. dictio καὶ οὗτος (Krueg. 51, 7, 13) exstat 30, 4 ὑπόδημα ἔχειν, καὶ τοῦτο ἀκάττυτον.

in syntaxi pronominis ἐκεῖνος (nusquam legitur κεῖνος, cf. Meisterhans[2] p. 122, 7) nihil repperi quod consuetudinis Atticae fines egrediatur. vide ind. voc.

relativum est subiectum genetivi absoluti (cf. Krueg. 51, 9, 2) ὧν γὰρ ὑπαρξάντων ἄνθρωποι λυποῦνται 43, 5. relativi attractione vel potius assimilatione Teles utitur bis 32, 19 ἀναγκάζονται πολλὰ ὧν οὐ βούλονται 35, 13 πλείω γὰρ ὁρῶ σοι ὑπάρχοντα . . . ὧν ἔγραφεν Ἀριστοτέλης; eandem cur respuerit 26, 12 σπανίζουσιν οὗτοι τούτων ἃ ἔχουσι, facile est intellectu durius enim sese excepissent οὗτοι ὧν ἔχουσι, nunc et commodius loquitur Teles et paulo elegantius, si tamen occasionem nactus est eiusdem pronominis οὗτος duas diversas formas coniungendi more Graecorum. subaudiendum est οὗτοι in his 21, 7 οἱ μὲν γὰρ στρατηγοὶ ἐφ' οἷς καλλωπίζονται, ὑπερόριοι τεθαμμένοι εἰσί.

pronomini demonstrativo τοσοῦτος respondet relativum ὅς 27, 7 ἔχειν τροφὴν ἢ τοιαύτην ἔχειν, ἧς οὐ μὴ γεύσηται (Krueg. 51, 13, 16), quod etiam magis consentaneum est, ubi duo praecedunt demonstrativa diversa: 31, 12 τοσούτων καὶ τοιούτων ἐξ ὧν . . . ἔσται.

ὅς haud raro partes suscipere pronominis ὅστις notum est (cf. 34, 12 πορίζεσθαι ὧν ἂν ἐπιθυμῇ, Krueg. 51, 8, 4). rarius accidit ut ὅστις ponatur ubi exspectetur ὅς. sic legitur ἕως ὅτου 27, 6, vide Krueg. 51, 8, 3 et quod monebitur infra.

τις coniungitur ex more Atticorum cum voce πᾶς (cf. Krueg. 51, 16, 11) 44, 4 πᾶς τις ἐπαινεῖ. idem conectitur cum ποῖος (cf. Krueg. 51, 16, 3) ποῖόν τι ἐστὶ πλοῦτος ἢ ποῖόν τι πενία 10, 6. sic etiam 18, 16 et 44, 13. rarior est pronominis collocatio in his ἵνα καί τι μᾶλλον φιλόσοφος δόξῃ 45, 12, cum τι subsequi potius vocem μᾶλλον soleat. vide Krueger ad Thuc. VII 57, 1.

opponuntur inter se ὁ εἷς et ὁ ἕτερος ut varietur oratio in his: 46, 5 γελοῖον γὰρ ἔσται εἰ ἐὰν τὸν ἕτερόν τις ὀφθαλμὸν ἀποβάλῃ, δεήσει καὶ τὸν ἕτερον προσεκκόψαι, κἂν ὁ εἷς ποὺς κυλλός, καὶ τὸν ἕτερον ἀνάπηρον ποιεῖν κτέ. liberiore illa ratione quae exemplis aliquot illustrata est in libro Vigeri ed. Herm.[4] p. 5 sq. cf. Aeschin. contra Tim. 121 ἐργαστήρια δύο ἐν τοῖς ἀργυρείοις, ἓν μὲν ἐν Αὐλῶνι, ἕτερον δ' ἐπὶ Θρασύλλῳ. Stob. flor. 37, 25 Mein. Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ Καρεῶνος ὄντος λάλου καὶ σχολάζειν αὐτοῦ βουλομένου διττοὺς ᾔτησε μισθούς· τοῦ δὲ τὴν αἰτίαν πυθομένου 'ἕνα μέν' ἔφη 'ἵνα λαλεῖν μάθῃς, τὸν δ' ἕτερον ἵνα σιγᾶν'. magis etiam Teleteo exemplo conveniunt haec Aristot. reip. Athen. p. 97 Kenyon[2] νόμους εἰσήνεγκαν εἰς τὴν βουλὴν δύο κελεύοντες ἐπιχειροτονεῖν, ὧν ὁ μὲν εἷς . . . ὁ δ' ἕτερος κτέ. gnomol. Vatic. 513 Sternb. ubi Simonidi hoc datur dictum: 'δύο μοι' εἶπεν 'ὦ βέλτιστε, κιβώτια ὑπάρχει· καὶ εἰς μὲν τὸ ἓν τὰς χάριτας ἀποτίθεμαι, εἰς δὲ τὸ ἕτερον ἀργυρίδιον κτέ'. et alienius est et habetur corruptum quod libri habent Soph. Phil. 91 οὐ γὰρ ἐξ ἑνὸς ποδός, ubi vide quae adnotavit Nauck.

non vulgari modo exhibetur οὕτως in his: 28, 9 ἀλλὰ καὶ πλῆρες ὂν αὐτὸ (sc. τὸ φασκώλιον) οὕτως ὄψει καὶ κενούμενον ἰδὼν οὐκ ὀδυνήσῃ, ubi adnotavit Iacobs *Sokr.*[4] p. 239: 'οὕτως ὄψει, mit Gleichgültigkeit; wie ὁ οὑτωσὶ ἀκούσας, der Etwas unbeachtet lässt; λόγος οὑτωσὶ ῥηθείς, ein ohne besondere Rücksicht gesprochenes Wort'.

His subicio non nulla de genere verbi.

ἔχω intransitive usurpatur adverbiis comitatum (Krueg.

52, 2, 2) ἀσθενῶς ἔχοντα 7, 2 ἴσως ἔχοντα 8, 2 πρὸς ταῦτά πως ἔχοντα 6, 9 ubi πρὸς ταῦτα ἴσως ἔχοντα coniecit Diels. compositum προσέχειν 'acht geben' (cf. Krueg. 52, 2, 3) quasi intransitive ponitur spreto τὸν νοῦν additamento 11, 12. 13, 4 οὐ προσεῖχεν vel in his: 35, 10 ἀναγινώσκοντος δὲ αὐτοῦ τὸν σκυτέα ἔφη προσέχειν ἅμα ῥάπτοντα. verbum στρέφω semel intransitive posuisse potest videri Teles, ne periret homoeoteleuton, 28, 8 στρέφων καὶ μέλλων καὶ τρέμων, sed nescio an subaudiendum sit τὸ φασκώλιον. medium legitur 6, 11 πρὸς ἐκεῖνα στρέφεσθαι.

ἀπαλλάττω verbum ut haud raro apud Atticos sic semel etiam apud Teletem intransitivi vim habet, ut fere idem sit atque evadere 'davonkommen': 17, 15 ἠγωνισμένου γάρ ποτε αὐτοῦ καὶ ἀπηλλαχότος ἀστείως. ac notum est quotiens cum hoc verbo iungantur adverbia velut κακῶς καλῶς χαλεπῶς alia (cf. Krueg. 52, 2, 11); dudum autem explosa est Francofurtensis editoris coniectura ἄστεως pro ἀστείως commendantis, de qua vide quae monuit L. Dindorf Stephani thes. v. I p. 1154.

aoristi passivi enumerentur hi: 13, 14 οὐκ ἂν διηνέχθης 38, 9 κοιμηθῆναι 43, 14 λυπηθῆναι.

βιάζεσθαι vi passiva legitur 34, 11 καρτερεῖν βιάζονται, cf. Krueg. 39, 14, 1 et quae idem collegit ad Thuc. I 2, 1.

παρέχειν verbi modo activum genus adhibet modo medium (cf. Krueg. 52, 8, 2) 4, 10 οὐκ εὐνάς σοι... παρέχω, sim. 5, 4. 25, 14. sed παρέξεται χρείας 47, 2 παρείχετο (sc. χρείας) 47, 3.

ἐκδόσθαι genere medio dicitur de Lysandro qui filiabus dotem conficere non poterat 37, 6: καὶ οὗτος τὰς θυγατέρας οὐκ ἐδύνατο ἐκδόσθαι ('ausstatten' Krueg. 52, 8, 3) προῖκα δούς. sed qua est abundantia scriptor superaddit illud προῖκα δούς. ab Hirschigio temere haec temptata esse monuit editor.

παραβάλλεσθαι est 'comparare' 14, 3 ὀρθῶς ἂν παραβάλλοιτο τὰ ἐπὶ τῶν τεχνῶν, cf. Krueg. 52, 8, 4. huc pertinet etiam medium hoc 27, 5 μηθὲν προορωμένας.

ἀποκρύπτεις dixit Teles 2, 18 'retices', genus medium praeferunt Plato et Xenopho, cf. Krueg. 52, 8, 4.

medium dynamicum quod vocant est etiam hoc ἐντέλλεται 22, 3 ἐντελλομένην 43, 22, cf. Krueg. 52, 8, 5. στρατεύεται 39, 6, sicut στρατευομένου 47, 12 et εἰ στρατεύσεται 48, 1, est idem ac 'stipendia facere', cf. Krueg. 52, 8, 8. nusquam igitur στρατεύειν, ut in titulis Atticis saeculi quarti et tertii non nisi στρατεύεσθαι exstare observavit Meisterhans [2] p. 154, 2. huc pertinet etiam πολιτεύεται 39, 7. 'legati munere fungi' significatur activo genere verbi πρεσβεύειν 39, 7. 47, 12, non medio, cf. Krueg. 52, 8, 8. βουλεύεσθαι legitur 14, 5. 45, 15.

genus activum verbi φυλάττειν (39, 5 bis) et medium (19, 1) quo modo inter se differant neminem praeterit.

ἀρκεῖν verbi genus activum semel legitur sic ἀρκεῖ γὰρ ταῦτα καὶ εἰς τὸ προσηνῶς κτἑ. 40, 14, saepe medium ut aequet notionem 'contentum esse' ἀρκεῖσθαι τοῖς παροῦσιν 7, 7, cf. 28, 12. 30, 10. 31, 3. 10. 40, 8; exempla, quorum vetustissimum est Herodoti IX 33 ἀρκέεσθαι τούτοισι μούνοισι, collegit Veitch [4] p. 99, ubi quod attulit 'Hes. fr. 181' Goettlingii editione deceptus (est Ps.-Phocylidis v. 6) delendum est, addenda haud pauca. affero Aristot. ethic. Nicom. II 7. 1107 [b] 15 Epicur. p. 63, 19 Vsener. Polyb. XIII 2, 4 (cf. I 20, 1) Hierac. Stobaei flor. 9, 58 p. 200, 2 Mein. corruptum est ἠρκέσω Aesch. Eum. 213. apud Xenophontem apomn. I 6, 9 non debuit conicere L. Dindorf ὁ τοῖς ῥᾴστοις ἐντυγχάνειν ἀρκούμενος pro eis quae libri habent ὁ τοῖς ῥᾴστοις ἐντυγχάνειν ἀρκούντως χρώμενος. si Xenophontis est hoc tmema, prava est illa coniectura (neque enim utitur Xenopho locutione ἀρκεῖσθαί τινι), inutilis vero, si a Xenophonte alienum.

τρόπαιον ἱστάναι et ἵστασθαι aeque est in usu Atticorum; activum ponit Thucydides, cf. Krueg. 52, 10, 6. sic apud Teletem etiam Crates 10, 3 στήσεις τρόπαιον κατὰ πενίας. cf. Plut. de cohib. ira p. 457 D: τὸ δ' ἐν ψυχῇ στῆσαι κατὰ θυμοῦ τρόπαιον κτἑ. Cratetis alterum eiusdem metaphorae exemplum debeo Hensio: Stob. flor. 6, 39 p. 151 Mein. τοῦτο τῆς Ἑλλήνων ἀκρασίας τρόπαιον ἕστηκεν. in titulo Attico saeculi quarti legi τρόπαιον ἱστάναι monet Meisterhans[2] p. 155, 6.

activum cum pronomine reflexivo iungit Teles in his 6, 8 αὑτὸν παρασκευάσαι 6, 11 παρασκευάζουσιν αὑτοὺς δυναμένους, cf. Krueg. 52, 10, 9.

In temporum usu fere convenit Teleti cum scriptoribus Atticis; pauca igitur moneo utpote memoratu fortasse digniora.

in verbis 36, 10 οἱ τοιοῦτοι δέ μοι δοκοῦσιν οὐκ ἀκούειν διότι Ἀριστείδης ... ἐντιμότατος ἦν quod legitur δοκοῦσιν οὐκ ἀκούειν idem fere est atque οὐκ ἀκούουσιν: praesens tempus quo modo intellegendum sit explicat Krueger 53, 1, 2. at Diogenem dicentem facit Teles φωνῆς ἀκηκοέναι κακίας ἑαυτὴν αἰτιωμένης κτἑ. 5, 12. quod non mirabitur qui noverit usum temporis perfecti. ἀκηκοέναι dicit Cynicus, quia vox κακίας quasi sonat adhuc in auribus eius mentique adeo infixa est ut excusationes istas, quibus se ipsi aliosve fallere solent homunciones, deridere non desinat. eadem ratione explicantur haec οὕτως ἀντέστραπται τῷ ἡμετέρῳ ὁ ἐκείνων τρόπος 23, 13 οἱ παραλελυμένοι τὰς χεῖρας 28, 9 οὐ κακῶς οὖν οὐδὲ Σοφοκλῆς πεποίηκε λέγοντα τὸν Οἰδίπουν 36, 3. nec aliter 42, 13. 44, 12. haud raro igitur perfectum tempus comitatur praesens, velut in his 23, 7 βλέπων καὶ κεχηνώς 32, 17 ἅμα γὰρ τῇ ἀρχῇ πολλὰ τὰ ἀναγκαῖα ἀναπεπλάκασι, καὶ οὔτε τῆς ἀρχῆς ἀποστῆναι προαιροῦνται κτἑ., cf. 39, 6. neque mirum quod hac ratione aliquot perfecta quasi inter praesentia numerari possunt (Krueg. 53, 3, 3): κέκτημαι 24, 3. 27, 14 κέχρημαι 3, 12.

cumulantur perfecta enuntiato hoc 17, 15 οὐκ ἀηδῶς Φιλήμων· ἠγωνισμένου γάρ ποτε αὐτοῦ καὶ ἀπηλλαχότος ἀστείως συναντῶντές τινες 'ὡς εὐημέρηκας' ἔφασαν 'Φιλῆμον'. 'ὑμεῖς μὲν οὖν' φησίν 'οἴεσθε οὕτω τεθεαμένοι· ἐγὼ μὲν γὰρ ἀεὶ ἀγαθὸς ὢν διατελῶ'. sed temporum differentiae ubique observantur ex more Atticorum, velut etiam in his 37, 4 ἢ πάλιν Λυσάνδρου τοῦ Σπαρτιάτου τίς ἐντιμότερος γέγονεν ἢ τιμῶν πλειόνων ἠξιώθη; 39, 9 παρήκμασε καὶ ἔρχεται εἰς γῆρας. nusquam perfectum induit naturam aoristi. utque intellegatur, quam probe distinguatur aoristi usus et imperfecti vel etiam praesentis historici quod dicunt quamve apte Teles in rebus narrandis lucem quasi distribuat et umbram, huius modi loci velim accuratius inspiciantur velut 7, 1 ἀλλ' ὥσπερ Διογένης, ἐπεί τις ὤθει καὶ ἐτραχήλιζεν ἀσθενῶς ἔχοντα, οὐ διετραχηλίζετο, ἀλλὰ δείξας αὐτῷ τὸν κίονα 'βέλτιστε' ἔφη 'τοῦτον ὤθει προσστάς' vel 12, 12 καὶ πάλιν παρειληφότος αὐτοῦ 'Αλκιβιάδην ἐπ' ἄριστον, ὡς ἐκείνη παρελθοῦσα τὴν τράπεζαν ἀνέτρεψεν, οὐκ ἐβόα οὐδ' ὠδυνᾶτο δεινοπαθῶν 'ὢ τῆς παρανομίας, ὥστε ταύτῃ (ταυτὶ ci. Blass) πάσχειν', ἀλλ' ἀναλέξας τὰ πεσόντα, ἀποθέσθαι πάλιν ἐκέλευσε τὸν 'Αλκιβιάδην. sed talia exscribere longum est. perapte a sedatiore describendi genere cui imperfecta inserviunt ad tempus praesens transitur his 9, 1 κἀνταῦθα ἄγει αὐτὸν καὶ εἰς τοὺς θέρμους. quod facile sentiet qui quid efficere voluerit Teles festiva illa narratione perspexerit. omnino autem illud variandae orationis studium quod curae erat scriptori etiam ad verbi tempora pertinet. velut haec si placet inter se conferantur 16, 12 τί δὲ καὶ διαφέρει ἄρχειν ἢ ἰδιωτεύειν 17, 2 τί οὖν διοίσει μοι, εἰ μὴ ἄρξω ἀλλὰ ἰδιωτεύσω et 21, 10 τί δὲ καὶ διαφέρειν ἂν δόξαι ἐπὶ ξένης ταφῆναι.

dicit φεύγω, φεύγοντες de exsulibus Teles (cf. Krueg. 53, 1, 3) 8, 9. 45, 3, idem φυγὰς ὢν 15, 19 φυγάδες γενόμενοι 'flüchtig geworden' 15, 15 φυγάδων γενομένων 15, 7.

de locutione εὐδαίμων γεγονὼς ἂν εἴη 38, 4 vide Krueg. 53, 3, 1 et exempla ibi adlata.

indicativum futuri sibi adsumit οὐ μή 2, 15 οὐ μὴ πιστευθήσῃ 27, 11 οὐ μὴ χρήσῃ et καὶ οὐθείς σοι μὴ πιστεύσει 2, 13, coniunctivum autem aoristi ἧς οὐ μὴ γεύσηται 27, 8, cf. Krueg. 53, 7, 6. sed varia haec exempla ut ad unam revocentur normam, ἧς οὐ μὴ γεύσεται conicit Cobet n. l. p. 409, contra ubique fortasse coniunctivum aoristi reponendum fuisse me monet Nauckio auctore (οὐ μὴ πιστευθῇς 2, 15 καὶ οὐθείς σοι μὴ πιστεύσῃ 2, 13) Hense.

futuri indicativus in his 29, 7 πέμπε ὅπως χρήματα κτήσεται ponitur secundum consuetudinem Atticorum, cf. Krueg. 53, 7, 7. ὅπως vocis vis relativa etiam magis elucet ex his ὅπως ἄρτοι καθαροί 30, 6, quamquam alia ex parte hic locus suspicionem movet.

verbo μέλλω infinitivus praesentis adiungitur 12, 6 καὶ μέλλων ἀποθνήσκειν, cf. Krueg. 53, 8, 3. dialogi formulam resipiunt haec 21, 3 καὶ πῶς μέλλει τοῦτο ὄνειδος εἶναι ὃ κτέ. ('und wie sollte dies eine Schmach sein'), quorum similia ex Platone collegit Krueger l. c. 2. absolute poni videtur μέλλων 28, 8, sed facile infinitivus subauditur ex his quae praecedunt: 'δυνήσῃ' φησί 'τὸ φασκώλιον ῥᾳδίως λῦσαι καὶ τῇ χειρὶ ἐξελὼν εὐλύτως δοῦναι'.

Potiora quaedam subiungo de usu modali. indicativum modum haud raro ponit Teles in enuntiatis primariis ubi sumitur aliquid et condicionale nobis exspectatur potius membrum (cf. Krueg. 54, 1, 1 et 2). sed de hoc usu infra accuratius agetur.

plus vigoris habet indicativus quam optativus cum ἄν in huius modi interrogatione καὶ πῶς μέλλει τοῦτο ὄνειδος εἶναι 21, 3, cf. Krueg. 54, 1, 3. conferre iuvat talia πῶς ἂν ἐκεῖνος εὐαρεστοίη τῷ βίῳ κτέ. 43, 3, vel haec πῶς οὐκ ἀκλήρημα; — Καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο ἀκλήρημα κτέ. 18, 14 similia.

solus indicativus sine ἄν neminem offendet in his: ἦν

αὐτῷ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, εἰ ἐβούλετο, ἐξελθεῖν 11, 10, cf. Krueg. 53, 10, 5. 54, 10, 1.

coniunctivus adhortativus 13, 5 et interrogativus 42, 5 ponitur ex consuetudine Atticorum. verba μὴ οὐδὲν λέγηται 14, 6, quibus verendi notio non addita est, quo modo intellegenda sint docet Krueg. 54, 8, 13.

neque in optativi aut imperativi exemplis repperi quod cum Attico usu discrepet.

idem valet de membris secundariis quae pendent a coniunctionibus ὅτι (διότι), ὡς, εἰ, similibus ('ideell abhängige sätze' Krueg. 54, 6). indicativus et optativus sese excipiunt 13, 10 ἐπυνθάνετο εἰ διὰ τοῦτο οὐκ ἀριστᾷ ὅτι . . . καταβάλοι. Krueg. 54, 6, 2. sed inusitati aliquid inest his 45, 4 ὅρα εἰ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν τις γυναικῶν τοῦτ' ἂν ποιήσειεν, ἀλλ' οὐκ ἀσμένη ὄψεται σεσωσμένους; offensio autem non eo sentitur, quod dicit ὅρα εἰ . . . τοῦτ' ἂν ποιήσειεν (nam sic loquuntur Attici etsi rarius, velut Xenopho apomn. I 3, 5 οὐκ οἶδ' εἴ τις οὕτως ἂν ὀλίγα ἐργάζοιτο κτἑ. cf. Krueg. 54, 6, 6) sed eo, quod pergit ἀλλ' οὐκ ἀσμένη ὄψεται σεσωσμένους. quare Atticum scriptorem scripturum fuisse τοῦτο ποιήσει iudicavit Meineke. verum inexspectata haec modi enallage ita tollatur cum Hensio, ut fortius distinguatur post ποιήσειεν suique iuris fiant verba proxima sic: ὅρα εἰ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν τις γυναικῶν τοῦτ' ἂν ποιήσειεν. ἀλλ' οὐκ ἀσμένη ὄψεται σεσωσμένους; coll. 5, 3 ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τρυφὴν ζητοῦσιν ἄνθρωποι;

consuetudini Atticorum plane congruit haec structurae mutatio 35, 7 λέγων ὅτι οὐδενὶ πλείω ἀγαθὰ ὑπάρχει πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι· πλοῦτόν τε γὰρ πλεῖστον αὐτὸν ἔχειν κτἑ. vid. Krueg. 54, 6, 5.

enuntiata finalia exscripsi in indice sub v. ἵνα et ὅπως. unum hoc loco repeto illud ἵνα μὴ τὰ παλαιά σοι λέγω κτἑ. 16, 5 quod explicabit Krueg. 54, 8, 14. corruptum videtur

44, 15 ἵνα . . . ἦσθα. μή post verbum φοβεῖσθαι (praecedit ἔφη) 30, 1 φοβεῖσθαι μὴ τῷ λιμῷ ἀποθάνοι.

quam varius sit Teles in conformandis sententiis hypotheticis quae vocantur, manifestum erit comparatis his: 16, 12 εἰ δ' ὠδυνῶντο ἐπὶ τούτῳ, οὐκ ἂν ἦσαν βάκηλοι; 46, 9 sq. (cf. ind. voc. s. ἄν p. 54) 17, 6 εἰ ἐπὶ τούτῳ ἄχθοιτό τις, οὐκ ἂν παιδαριώδης εἴη; 47, 14 ἀλλ' εἰ ἐπὶ πᾶσι τούτοις δυσκολαίνοις, τί τοῖς γρᾳδίοις ἀπολείψεις; (de apodosis tempore futuro cf. Krueg. 65, 5, 4). 30, 14 εἰ ἀλείψασθαι χρείαν ἔχοι, εἰσελθὼν ἂν εἰς τὸ βαλανεῖον τῷ γλοιῷ ἠλείψατο. cf. Krueg. 54, 12, 5. 22, 1 τὴν ἀρχὴν εἰ μὴ ταφήσῃ, τί σοι μέλει; 17, 2 τί οὖν διοίσει μοι, εἰ μὴ ἄρξω ἀλλὰ ἰδιωτεύσω; cf. 17, 13. 31, 5. 43, 4. 11. 46, 3. 47, 2. in eadem sententia promiscue utitur optativo praesentis et futuri indicativo 47, 17 sq.: εἰ μὲν ἀποδημοίη ἐγκαλεῖν ὡς ἁμαρτάνοντι . . . δυσφορεῖν εἰ ἀποδημήσει ἢ στρατεύσεται. 7, 10 ἐὰν δὲ ποιήσῃ . . . ἐξέσται σοι. vide ind. voc. s. ἐάν et ἄν. admodum variat orationem 25, 13 sq. καὶ ἐὰν μὲν πρὸς ἕτερον κληθῇ, ἐκπαθῶς ἀπολαύει, αὐτὸς δὲ ἔχων οὐθενὶ ἂν παρέχοι, ἀλλ' ἐπιθυμῶν στραγγεύεται. memorabilis est etiam formula εἰ δὲ μή ubi praecedat in prioribus ἐάν particula 10, 11 ἐὰν μὲν ἐκποιῇ . . . εἰ δὲ μή cf. e. gr. Plat. Crit. p. 48 C Hipp. mai. p. 295 B Theophr. char. 9; Krueg. 54, 12, 12.

neque receditur ab Attica dicendi consuetudine in ἄν particula infinitivis vel participiis adiecta. velut haec 30, 2 μεταβὰς δὲ ὕστερον πρὸς Κράτητα κἂν ἄλλον προστρέφειν κτέ. quo modo accipienda sint explicat Diogenes Laertius VII 170 ab editore citatus: Κλεάνθης μὲν καὶ ἄλλον Κλεάνθην δύναιτ' ἂν τρέφειν, εἰ βούλοιτο. Krueg. 54, 12, 6. cf. 36, 13. duo condicionalia membra consociantur 46, 3 γελοῖον γὰρ ἔσται εἰ ἐὰν τὸν ἕτερόν τις ὀφθαλμὸν ἀποβάλῃ, δεήσει κτέ. vide Krueg. 54, 12, 8.

enuntiata relativa exscripsi in indice ubi vide s. ὅς, ὅσπερ, ὅστις, ὅσος, ὁπόσος. Attici usus fines haec non ex-

cedunt. intra eodem autem etiam temporalia continentur enuntiata (cf. ind. voc. s. ὅτε, ὅταν, ἕως, ἐπεί, ὡς) nisi quod rariora sunt. neque enim multa erat horum occasio in diatribis. frustra igitur quaeruntur membra per ὁπότε, ἡνίκα, ἄχρι, μέχρι (οὗ), ἔστε, ἐπειδή, ἐπάν, ἐπειδάν, πρίν formata. quid intersit inter hoc 36, 11 ὅτε ... ἤθελον τάξαι et illud 29, 11 ὅτε μὲν ... σχολάζοι (praecedit ἔφη) non est cur verbose exponam, cf. Krueg. 54, 16, 1 et 54, 17, 4. formula ἕως ὅτου commemorabitur infra.

Transeo ad infinitivum. infinitivus absolutus qui dicitur in Teleteis non legitur. desunt igitur formulae ὡς (ἔπος) εἰπεῖν aliaeque id genus. semel exstat εἰ δεῖ εἰπεῖν οὕτως, de quo infra monebo s. v. εὐκλήρημα. post verba impersonalia sine articulo passim invenitur infinitivus. sic δεῖ ... ἀγωνίζεσθαι 3, 3 et similiter 6, 8. 10, 3 al. post ἔστι vel οὐκ ἔστι 3, 14, 15. 4, 11. 14, 4, sed index inspiciatur s. v. εἰμί. sic etiam post ἦν (ἐξῆν ci. Nauck) αὐτῷ ... ἐξελθεῖν 11, 11. post ἔξεστι 8, 3. 21, 3. similiter locutioni ἐξουσίαν ἔχω adhaerent infinitivi quos congessi indicis vocabulorum p. 63. memorabile est ὅταν ... τῷ ἀνθρώπῳ προσγένηται (περιγένηται ci. Nauck) εὐχερῶς πορίζεσθαι 34, 12. διαφέρει cum infinitivo τί δὲ καὶ διαφέρει ἄρχειν ἢ ἰδιωτεύειν; 16, 12. 21, 10. 23, 2. 27, 3, 7. ut variaret orationem, scripsit 17, 2 τί οὖν διοίσει μοι, εἰ μὴ ἄρξω ἀλλὰ ἰδιωτεύσω; cf. 22, 9. de εἰκός per Buechelerum feliciter suppleto vide 46, 8. his statim subiungam talia exempla: 10, 5 οὐδὲ γνῶναι ῥᾳδιέστερόν ἐστι 47, 15 ἄλογον δὲ ... ἡγεῖσθαι κτέ.

solito more infinitivus comitatur notiones qualitatis vel facultatis sim., velut δύνασθαι 4, 1. 6, 11. 7, 7 al. ἀδυνατεῖν 27, 2. τί ἂν ἔχοις ἀντειπεῖν 5, 7 (Krueg. 55, 3, 3).

coniungitur infinitivus cum verbis voluntatis, cupiendi, consilii capiendi, similibus. sic passim cum βούλομαι (vid. ind. voc.), cum ἐθέλω 36, 12 θέλω 38, 5, 10. infinitivi post ἐπιθυμῶ exempla congessi indicis p. 64. structurae 32, 12

ἵνα Ζεὺς γένηται ἐπιθυμήσει non nulla exempla similia collegit Stich de Polybii dicendi genere (act. sem. philol. Erl. II) p. 203, sed vide supra p. 11. μέλλων ἀποθνήσκειν legitur 12, 6. καὶ πῶς μέλλει τοῦτο ὄνειδος εἶναι κτέ. 21, 3 (cf. Krueg. 53, 8, 2). ἅψασθαι ὀκνοῦμεν 23, 11. χρᾶσθαι προελόμενος 28, 10. τῆς ἀρχῆς ἀποστῆναι προαιροῦνται 32, 17. ἔτλη ἕζεσθαι 24, 5 Teles dicit imitatus Homerum[1]), cuius exempla indicavit editor, item haec 'ἀλλ' ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων' πιεῖν ἢ τῶν καρπῶν ἅψασθαι 25, 7. nam scripta sunt ex versus illius analogia τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι (λ 591) ubi consilium infinitivus indicat. ut verba προαιρετικά sic infinitivum habent ἐφετικά, velut σπεύδω 32, 6. 8 πειρῶμαι 6, 8. 10. 46, 2 προσποιοῦμαι 37, 1 ζητῶ 31, 15. verba impediendi sinendi exstant haec: κωλύω, de quo vide etiam infra, bis habet infinitivum 34, 4. 9, item ἐῶ 27, 6. 28, 3. semel legitur βιάζω 34, 11 καρτερεῖν βιάζονται. sed cf. 2, 10 ἵνα λάχῃς μηχανήσονται.

infinitivos verbis putandi, cogitandi, similibus adiunctos non opus est singillatim enumerare. admodum frequenter accusativus cum infinitivo aut nominativus pendet ab ἡγοῦμαι, locos exscripsi ind. voc. p. 66. idem dicendum est de verbo οἴομαι, exempla habes haec: 2, 11. 13, 12. 14, 2. 34, 3. 36, 8. 13. 46, 10. 12. 47, 1. neque magis verbi δοκῶ structurae ab Atticorum usu recedunt. semper habet nominativum cum infinitivo, ut tamen εἶναι nonnumquam reticeatur (cf. Krueg. 55, 4, 4). nolo exempla exscribere ubivis obvia. δοκεῖ εἶναι dicit Teles 26, 2 cf. 1, 14. 2, 8 al., non εἶναι δοκεῖ. dativus accedit in his ἔμοιγε δοκεῖ (δοκοῦσιν) 23, 9. 26, 3. 9 δοκεῖ μοι 9, 8. 24, 2 μέγα μοι δοκεῖ τὸ... καταγενέσθαι 19, 2 μοι δοκεῖ 35, 16.

---

[1] [Etiam Teletis p. 24, 1—25, 2 ad Bionem me debuisse revocare non sola arguit Homeri imitatio. risus captatur verbis ἕζεσθαι ἐπὶ θρόνου et κολ. κατὰ κόπρου lepide contra positis. etiam apertiora Bionis vestigia in proximis. O. H.]

37, 8 μοι δοκοῦσιν 36, 10. constructio haec 5, 8 ἐγὼ μὲν γὰρ <ἂν> δοκῶ ἄφωνος γενέσθαι et illa 35, 11 ἐγώ μοι δοκῶ... γράφειν quo modo inter se differant non attinet explicatius exponere, vide Krueg. 51, 2, 1. notabilis est formula 29, 11 ὡς ἔοικεν (vide Hense Tel. p. XXXVIII). sed legitur 24, 4 οὐχ ὁρᾷς ἐνίους κεκτημένους μὲν πολλὰ ὡς δοκοῦσιν, qua de structura cf. Krueg. 55, 4, 3. φαίνεσθαι verbum aut nominativus cum infinitivo comitatur aut soli nominativi: exempla exhibita sunt ind. voc. p. 85.

neque structurae verborum dicendi, iubendi, similium consuetudini Atticorum differunt, vid. ind. voc. s. λέγω φημί κελεύω. structurae quales sunt πότερον τοῦ ἰατροῦ εἴπας ἂν ὄνειδος καὶ ἀκλήρημα τοῦτο ἢ τῶν ἑλομένων 18, 11 similes adeo vulgares sunt, ut fusiore explicatione non indigeant, vide Krueg. 55, 4, 4. εἰπεῖν ὡς... μετατίθησιν legitur 26, 9 λέγων ὅτι... ὑπάρχει 35, 7 ἀπαγγείλαντος... ὅτι... τετελεύτηκε 44, 12. καὶ ὀνειδίζουσι μὲν ὅτι... 19, 8 (20, 4) cf. Krueg. 65, 1, 4. obiecti quam dicunt prolepsin in verbis ἐγκωμιάζων λέγειν τὸν Ἐτεοκλέα διότι... ἐνδεὴς ἦν explicat Krueger 61, 6, 2.

non necessarium putavi in superioribus distinguere accusativos cum infinitivo et nominativos et dativos. conspirant enim Teletis rationes cum Atticorum. etiam quae praedicati vice accedunt infinitivis nomina, adiciuntur ex norma syntaxis Atticae, velut in structura hac 8, 2 ὅ τι ἂν θέλῃς ἐξέσται σοι ἀνωδύνῳ ὄντι ποιεῖν nemini ignota (Krueg. 55, 2, 5).

particulae ὥστε semel adiungitur optativus potentialis 1, 10 δι' ὃ δ' εὖ βιοῦσι κρεῖττον ἢ δι' ὃ μή· ὥστε κρεῖττον φαίνοιτ' ἂν τὸ ἀγαθὸν εἶναι τοῦ δοκεῖν, ceteris locis infinitivus (cf. Krueg. 65, 3): 12, 6 ἐκάθευδε βαθέως, ὥστε μόλις διεγεῖραι τινά 13, 2 ὦ τῆς παρανομίας, ὥστε ταύτῃ πάσχειν 32, 13 οἱ βασιλεῖς... οὐδὲν ἧττον σπανίζουσιν, ὥστε καὶ τυμβωρυχεῖν καὶ ἱεροσυλεῖν κτέ. 35, 8 πλοῦτόν τε γὰρ πλεῖστον αὐτὸν ἔχειν

ὥστε δαπανᾶν. facile subauditur infinitivus in his 10, 8 καὶ οὔτε τούτῳ ῥᾴδιον, ὥστε τῷ πλούτῳ ἐλευθερίως καὶ ἀφόρτως (sc. χρῆσθαι), οὔτε ἐκείνῳ, ὥστε <τῇ> πενίᾳ γενναίως. ellipsis genus multo durius post ὥστε particulam admitti ab Aristotele comprobavit Vahlen comment. de arte poetica libri[3] p. 280. ceterum cum Teletis exemplo apte comparabis Xen. apomn. I 3, 6 ὃ τοῖς πλείστοις ἐργωδέστατόν ἐστιν, ὥστε φυλάξασθαι κτέ., ubi particulam frustra nuperrime sollicitavit I. I. Hartman anal. Xen. p. 158. legitur etiam apud Platonem Protag. p. 338 C ἀδύνατον ὑμῖν ὥστε Πρωταγόρου τοῦδε σοφώτερόν τινα ἑλέσθαι, quo loco ἀδύνατον <ὂν> ὑμῖν ἴστε scite sane sed superflue temptabat Badham. immo haec invicem se sustentant exempla, cf. Madvig *synt.*[2] p. 144 adn. 1.

semel denique, ut ad Teletem revertar, legitur 43, 13 ὅπερ δεῖ τὸν μακάριον εἶναι, ὥστε οὖν μήτε ἐπὶ φίλου μήτε ἐπὶ τέκνου τελευτῇ λυπηθῆναι non sine singulari quadam sermonis abundantia.

pauca addere libet de infinitivo cum articulo coniuncto. atque in universum monendum est et multa exstare huius infinitivi apud Teletem exempla et eam fere observari rationem quam Demosthenis fere temporibus valuisse nuper exposuit Franciscus Birklein *entwicklungsgesch. des substantivierten inf.* Wirceburgi a. 1888. certe magna libertate adduntur infinitivo nomina praedicativa aut etiam alia membra inter articulum et ipsum infinitivum collocata, velut genetivus absolutus πῶς δὲ οὐκ ἀλόγιστον καὶ ἄλλως μάταιον τὸ τελευτήσαντος τοῦ φίλου καθῆσθαι κλαίοντα καὶ λυπούμενον; 45, 10, vel enuntiatum relativum μέγα μοι δοκεῖ τὸ ἐν ᾗ ἐγένετό τις καὶ ἐτράφη, ἐν ταύτῃ καταγενέσθαι 19, 3, cf. 20, 1.

subiecti igitur vice fungitur infinitivus cum articulo in his 1, 4 τὸ δοκεῖν ἀγαθὸν εἶναι 1, 11. 18, 12 ἀλλὰ τοῦτό γε, εὑρεθῆναι τὴν πατρίδα μοχθηρὰν καὶ ἀχάριστον οὖσαν, εἰς ἣν πολλά τις ἐπόνησε, πῶς οὐκ ἀκλήρημα; ubi deest articulus

infinitivi post pronomen τοῦτό γε, cum non desit in proximis καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο ἀκλήρημα, ἀλλ' οὐκ εἰ δεῖ εἰπεῖν οὕτως εὐκλήρημα τὸ γνῶναι κτέ. etenim inter pronomen τοῦτο et infinitivum complura sunt verba interiecta, ut articuli τὸ vi demonstrativa illud τοῦτο revocetur. 19, 3 ἀλλ' ὅμως μέγα μοι δοκεῖ τὸ ἐν ᾗ ἐγένετό τις καὶ ἐτράφη, ἐν ταύτῃ καταγενέσθαι. 21, 2 ἀλλά τό γε ἐν τῇ ἰδίᾳ μὴ ἐξεῖναι ταφῆναι πῶς οὐκ ὄνειδος; hoc exemplum fortasse ideo memorabile, quod alter ab altero pendet infinitivus, sed id saepius observes: 6, 8. 21, 10. 34, 4. 46, 10. 12. 13 sqq. in exemplo hoc 27, 1 ἀλλ' ὅμοιόν ἐστι τὸ οὕτως ἔχειν <καὶ τὸ μὴ ἔχειν> de Arnim recipi vult alteram quam Hense in adnotatione proposuerat lectionem <τῷ μὴ ἔχειν> sed οὕτως voce deleta. reliqua sunt exempla haec quae numeris indicasse satis sit: 21, 9. 27, 10. 42, 13. 45, 10. denique articulum addendum esse in his 33, 8 τῷ ὄντι μέγα καὶ ἀξιόλογον καὶ πήρας καὶ θέρμων καὶ λαχάνων καὶ ὕδατος <τὸ> μηδενὸς φροντίζειν, ἀλλ' εἶναι ἀθώπευτον καὶ ἀκολάκευτον nunc me monet Hense. nam per <τὸ> μηδενὸς φροντίζειν aperte respici Cratetis illud quod praecedit 33, 6 τὸ μηδενὸς μέλειν apteque articulo interiecto dirimi ὕδατος genetivum et μηδενός. quibus rationibus ego plane subscribo, cf. Birklein l. c. p. 96. scripseram haec cum vidi idem supplementum nunc repperisse Sitzlerum l. c. p. 278.

obiecti vices tenet infinitivus cum articulo coniunctus in his: 7, 8 (ὅταν) τὸ ἐργάζεσθαι ... αἱ κρίνωμεν ubi hiatus quomodo explendus sit incertum. 19, 9 ὅμως δὲ μέγα τι φασὶ τὸ ἐν ᾗ ἐγένετό τις καὶ ἐτράφη, ἐν ταύτῃ καταβιῶναι. 20, 9 τὸ δὲ μέτοικον εἶναι ὄνειδος ἡγούμεθα; 45, 15 οὐ γὰρ ὀρθῶς φησὶ βουλευομένου ὁ Στίλπων τὸ διὰ τοὺς ἀπογενομένους τῶν ζώντων ὀλιγωρεῖν. valde usitatum hoc genus Platoni esse docet Birklein l. c. p. 75.

verbum genetivum regens habet infinitivum 35, 3 κωλύονται τοῦ σχολάζειν.

genetivus comparationis reperitur in his: 1, 3 κρεῖττόν φασι τὸ δοκεῖν δίκαιον εἶναι τοῦ εἶναι, item 1, 4. 11.

dativus occurrit 36, 1 πολὺ εὐσχολώτερος εἶναι τῷ μηδὲν ὑπάρχειν.

a praepositione haud raro pendet infinitivus cum articulo. a πρό praepositione 45, 13 πρὸ τοῦ τελευτῆσαι. a διά 1, 5 διὰ τὸ δοκεῖν ἀγαθοὶ ὑποκριταὶ εἶναι <εὖ> ὑποκρίνονται ἢ διὰ τὸ εἶναι; sic 1, 7. 8. 2, 16. item πρός sibi adsumit infinitivum cum articulo 34, 2 πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, si vera est lectio; 34, 13 πρὸς τὸ πονεῖν ἢ ζητεῖν τι 35, 4. 7. 12. sed de compluribus horum exemplorum infra tractabo ubi illustrabitur usus praepositionum.

Sequitur ut de participio dicam. de τεθαμμένοι εἰσίν 21, 7 κατακεκλεισμένος ἔσῃ 2, 14 (Krueg. 56, 3, 1) γεγονὼς ἂν εἴη (Krueg. l. c. 3) conferas sis quae supra diximus in capite de formis vocabulorum p. 5 et p. 27.

verbum φαίνεσθαι comitatur infinitivus 13, 6, cum solo adiectivo iungitur idem 1, 11. 9, 7. δῆλος et φανερός non leguntur nisi in formula δῆλον ὅτι 13, 10 et φανερὸν ὅτι 8, 7. 10.

structura talis ἀγαθὸς ὢν διατελῶ nemini est ignota, sed mira fortasse ideo quod dixit Teles ἐγὼ μὲν γὰρ ἀεὶ ἀγαθὸς ὢν διατελῶ 18, 2; vide tamen Isaei or. VIII 44 ἀλλ' ἀναμφισβήτητοι τὸν ἅπαντα χρόνον διετελέσαμεν et versus Philemonis Palamedi a Stobaeo adscriptos flor. 9, 21 (com. IV p. 17 Mein.) τοῦ γὰρ δικαίου κἂν βροτοῖσι κἂν θεοῖς Ἀθάνατος ἀεὶ δόξα διατελεῖ μόνου. additum est ἀεί ποτε apud Xenophontem conv. VIII 41 ἀγαθῶν γὰρ φύσει καὶ τῆς ἀρετῆς φιλοτίμως ἐφιεμένων ἀεί ποτε τῇ πόλει συνεραστὴς ὢν διατελῶ.

structuras participiales quae comitantur verba αἰσθάνομαι ἀκούω ὁρῶ δείκνυμι εὑρίσκω sim. hic enumerare supersedeo, vid. ind. quod deest participium in enuntiato εἰ δὲ τὴν πατρίδα πονηρὰν καὶ ἀχάριστον (sc. οὖσαν) ᾔσθου 19, 1,

id ne tunc quidem mirum esset, si verba εἰ μὲν τὴν γυναῖκα ᾔσθου πονηρὰν καὶ ἐπίβουλον οὖσαν 18, 7 non praecederent, cf. Krueg. 56, 7, 4. aeque scripsit Teles δείξω δύο ἀδελφῶν ... τὸν μὲν ἐν τῇ πάσῃ ἀπορίᾳ, τὸν δὲ ἐν εὐκολίᾳ 8, 6, sed mox addidit eidem constructioni ὄντα 8, 10. cf. p. 38, 6 εὑρήσει πολλῷ πλείους τὰς ἀλγηδόνας. post ἀκούειν ὁρᾶν non rarum est ὅτι vel διότι 36, 13. 44, 16 et praesertim in formula ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι 34, 4. 10 ἢ πάλιν οὐχ ὁρᾷς διότι 35, 2. accedit ἐνθυμούμενον ὅτι 45, 14. cf. Krueg. 56, 8, 12. de structuris οὐχ ὁρῶ πῶς ... ἔχει 39, 13 similibus vide indicis v. ὁρῶ.

absolute ponitur accusativus participii δέον 45, 12 (Krueg. 56, 9, 5).

temporis notio accuratius definitur ἅμα particula participio adiecta 35, 10 προσέχειν ἅμα ῥάπτοντα (Krueg. 56, 11, 3).

membri condicionalis vice fungitur participium haud raro ἀλλὰ μὴ δυνάμενος ἔτι εὐδαιμονεῖν ἀπαλλάττομαι 11, 9 ἑαυτὸν δὲ ἐξοικίζων οὐ δοκεῖ εἶναι πολέμιος 26, 2 ὁμοίως γὰρ σπανιεῖ τροφῆς καὶ ἔχων ταύτην καὶ μὴ ἔχων 27, 9 sq. μὴ εὐαρεστῶν πῶς ἂν εἴη εὐδαίμων; 43, 4, cf. etiam 43, 13. item 44, 7 οὐχ ὡς ἂν Ἀττικὴ γυνὴ ἀκούσασα σεσωσμένον ἔγραψεν ἄν.

addito participio causa denotatur saepissime, velut 25, 14 ἐπιθυμῶν στραγγεύεται 27, 15 οὓς δὲ μόνον κεκτῆσθαι οὔτε ἑαυτοῖς προϊεμένους οὔτε ἄλλοις μεταδιδόντας 41, 10 εἰς τὰ ὅπλα ἀναχωρεῖς ψιλὸς ὤν, al. causae notio intenditur ὡς particula participio praeposita 20, 8 Ἡρακλέα μὲν ὡς ἄριστον ἄνδρα γεγονότα ἐπαινοῦμεν (cf. 44, 4) 47, 17 ἐγκαλεῖν ὡς ἁμαρτάνοντι Krueg. 56, 12, 2. ἅτε particula in Teleteis non reperitur.

vi concessiva adhibetur participium in his 36, 10 Ἀριστείδης πτωχότατος ὢν πάντων Ἀθηναίων ἐντιμότατος ἦν 36, 13 sq. 37, 7 al., augetur notio addita ὅμως particula ut tamen in proximis non sine sermonis abundantia etiam

accedat οὐδὲν ἧττον 36, 7 ἀλλ' ὅμως ταῦθ' ὁρῶντες γινόμενα οὐδὲν ἧττον κακοδαιμονεῖν οἴονται, κἂν (ἐὰν ci. Meineke, vide quae adnotavit Hense) πένητες ὦσι (Krueg. 56, 13, 3). brevius dixit 32, 13 οἱ βασιλεῖς αὐτοὶ πολλῆς ἐπάρχοντες καὶ προσόδους μεγάλας ἔχοντες οὐδὲν ἧττον σπανίζουσιν κτέ.

duo diversa notione se excipiunt participia 15, 19 παρ' ἡμῖν ἐφρούρει φυγὰς ὢν ἐκ τῆς Ἰταλίας, πιστευόμενος παρ' Ἀντιγόνῳ. verbis extremis accuratius definitur illud παρ' ἡμῖν ἐφρούρει, cum concessive dicatur φυγὰς ὢν ἐκ τῆς Ἰταλίας. cf. Krueg. 56, 15.

Addo potiora quaedam de praepositionibus Kruegeri sicut in prioribus dispositionem secutus.

praepositionis πρὸς tmesi a verbo seiunctae aliquod vestigium agnovisse sibi visus est Meineke 32, 8 (ut taceam 30, 3), sed vide quae adnotavit editor. ἄνευ semel postponitur nomini substantivo contra usum scriptorum Atticorum (cf. Krueg. I 68, 4, 1 II 68, 18). ex Aristotele unum huius modi exemplum attulit Bonitz ind. p. 56. Teletis excusabitur libertas, si verba sic videris contra posita θαυμαστὸν μὲν γάρ, φησὶν <ὁ Διογένης>, εἰ Μάνης μὲν Διογένους ἄνευ δυνήσεται ζῆν, Διογένης δὲ ἄνευ Μάνους οὐ δυνήσεται θαρρεῖν 31, 4 sq.

ἐν praepositio admodum frequens est in Teleteis, sed ut Atticorum consuetudinem vix excedat. exempla exscripsi in indice, ad tempus indicandum spectantia supra p. 13.

σύν non legitur (nam Homeri sunt 25, 3. 40, 10), eo saepius μετά. adverbii vice fungitur iuncta cum nominibus abstractis 3, 14 οὐδὲ ἐκείνοις μὲν ἔστι μετ' ὠφελείας χρῆσθαι, τοῖς δὲ ὀλίγοις καὶ εὐτελέσι μετὰ σωφροσύνης οὐκ ἔστι καὶ ἀτυφίας. 'Der klassischen Zeit ist diese Ausdrucksweise fremd' Meisterhans[2] p. 179. Polybiana exempla congessit Fr. Krebs *Die präpos. bei Polybius* p. 59 sq. ἅμα semel adhibetur praepositionis instar 32, 16 ἅμα γὰρ τῇ ἀρχῇ πολλὰ . . . ἀναπεπλάκασι. etiam hoc nomine distat

a Telete anonymus ille περὶ συγκρίσεως πλούτου καὶ ἀρετῆς libelli auctor. dixit σὺν αὐτῷ δ' ἐδόκουν ἀπόλλυσθαι Stob. flor. vol. III p. 178, 16 Mein. ipse Teles σύν praepositione non utitur nisi in verbis compositis.

ἀντί non habet Teles nisi in verbis compositis, item ἀνά.

πρό non legitur apud Teletem nisi ubi temporis notionem indicat καὶ πρὸ τοῦ 17, 8 ὥσπερ πρὸ τοῦ 31, 2 πρὸ τοῦ τελευτῆσαι 45, 13.

ἕνεκα et hac quidem sola forma semel exstat τούτου γὰρ ἕνεκα 44, 14.

ἀπό occurrit semel (in formula οὐκ ἀπὸ τρόπου . . . λέγειν 37, 8) apud Teletem, contra sexies apud anonymum illum modo memoratum.

ἐκ praepositionis usus continetur intra Atticorum dicendi consuetudinem. exempla in indice voc. collecta ne iterum exscribam, has commemoro formulas ἐκ παιδίου 19, 6 ἐξ ἀνάγκης 30, 4 (cf. Schoemann ad Isaeum p. 212) ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων 44, 9. verba ἐξ ἐφήβων ἐστί 39, 2 quo modo intellegenda sint indicatur his quae subiciuntur καὶ ἤδη εἴκοσιν ἐτῶν. neque obscurum est illud πένης ἐξ εὐπόρου 40, 5, subaudiendum quod praecedit γέγονας.

εἰς (numquam ἐς) vix minus saepe adhibetur in Teleteis quam ἐκ nec fere exquisitius, vide ind. voc. velut ne hae quidem locutiones δαπανᾶν εἴς τι 35, 8 πονεῖν εἴς τι ab Atticis alienae sunt (cf. Xen. apomn. II 1, 19 Hier. 11, 1). minus concinne legitur 34, 2 ἡ πενία κωλύει πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, ὁ δὲ πλοῦτος εἰς ταῦτα χρήσιμον, sed vide quae coniecerunt homines docti. formulam εἰς ὕστερον, quae legitur 47, 6, raram esse in scriptoribus probatis observavit Krueger 66, 1, 4.

διά praepositionem non habet nisi iunctam cum accusativo. vide ind. voc. quod legitur διὰ ταῦτ' αὐτά 34, 5 pro solo ταῦτ' αὐτά (cf. Krueg. 46, 3, 4) id non mirum est, nam praecedit ib. 3 δι' εὐπορίαν ἢ δι' ἔνδειαν. sed semel

legitur etiam διὰ τί (saepius solum τί) 2, 7 ubi talis causa in promptu non est. formula πῶς καὶ διὰ τί utitur Polybius, cf. Krebs l. c. p. 69. ceterum etiam huius praepositionis usu alienum se esse prodit Teles ab ignoto isto συγκρίσεως auctore qui septies cum pronominis genetivo vel substantivi coniunxit διά l. c. p. 177, 24. 27. 178, 6. 14. 188, 2. 16. 20 Mein.

κατά praepositionis cum genetivo iunctae exempla κατὰ κρατὸς δὲ καρποί 25, 6 et στήσεις τρόπαιον κατὰ πενίας 10, 3 ab Atticorum consuetudine nihil recedunt. magis autem est perspicuum illud κατὰ πενίας quam solus genetivus (cf. Krueg. 47, 7, 3) ut in Lycurgi oratoris fragmento 75 τροπαίου κατὰ τῆς πόλεως ἑστηκότος. cf. supra p. 25. ut de accusativo non nihil addam, notiones quae per κατά praepositionem fiunt temporales iam supra indicatae sunt. cf. etiam ind. voc. s. κατά. adverbiorum instar ponuntur κατὰ τρόπον 10, 11 κατὰ προαίρεσιν 43, 8. quod legitur τὰ καθ' ἑαυτούς 32, 18, id non multum differt a genetivo τὰ ἑαυτῶν, cf. Krebs l. c. p. 145.

de μετά praepositione vide supra p. 37. accusativi exemplum εἶτα μετ' ὀλίγας ἡμέρας 13, 6 usu tritissimum.

ὑπέρ non legitur nisi notione 'pro'. vide ind. voc.

ἀμφί praepositionis exemplum non exstat.

structurae per περί praepositionem formatae 6, 5 ἐὰν μὲν οὕτως ὑπολάβῃς περὶ αὐτῶν vel φροντίζειν περί τινος 36, 2 nemini ignotae sunt, cf. Krueg. 68, 31, 2. dativum non regit περί in Teleteis. accusativi exempla congesta sunt in indice voc.

παρά cum tribus casibus iungitur apud Teletem, sed quae excedant consuetudinem Atticorum vix repperi, vide ind. voc. commemoro vim causalem 6, 1 παρὰ τὴν λῆψιν ἡ δῆξις γίνεται. ib. 6, 4 παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἡ ὀδύνη γίνεται (cf. Krueg. 68, 36, 6 Kuehn. II 1 p. 444 sqq.), comparativam 14, 6 μὴ οὐδὲν λέγηται παρὰ τὸ τοῦ Στίλπωνος (Krueg. 68, 36, 4),

adversativam 32, 16 παρὰ τὸ προσῆκον (Krueg. 68, 36, 7). componuntur vocabula per παρά praepositionem admodum frequenter.

πρός cum genetivo si vera esset lectio, semel legeretur sic contra usum Atticorum pedestris orationis scriptorum (Krueg. 52, 5, 2) 25, 13 ἐὰν μὲν πρὸς ἑτέρων κληθῇ. at recte procul dubio nuper proposuit Hense ἐὰν μὲν πρὸς ἕτερον κληθῇ mus. Rhen. XLV p. 552. idem hanc mihi suppeditat observationem: 'iurandi formulae (πρὸς θεῶν, sim.), quamquam multa harum erat opportunitas, leguntur nusquam, deorum vel dei ne nomen quidem. quod noli casui tribuere in scriptore qui paene totus pendet a discipulo Theodori.' mitto vulgatissima praepositionis huius cum accusativo iunctae exempla (vide ind. voc.). digna est autem quae commemoretur structura haec 34, 13 πρὸς τὸ πονεῖν ἢ ζητεῖν τι ἐστίν 35, 4 πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν γίνεται. utrobique coniecit πρὸς τῷ Blass *lit. centralbl.* 1890 n. 30, quod sane usitatius est. sed ut in Polybio locutionem εἶναι vel γίνεσθαι πρὸς τὸ cum infin. optime Hultschio praeeunte (quaest. Polyb. I p. 20) nuper Stich l. c. p. 160 et Krebs l. c. p. 123 sq. vindicarunt a Scaligeri Dindorfiique mutationibus, sic vide ne cautione opus sit in Telete. consulto autem conservavit editor etiam hanc locutionem 34, 2 ἡ πενία κωλύει πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, cum alibi ipse dixerit Teles 35, 3 κωλύονται τοῦ σχολάζειν 34, 9 κεκωλυμένους φιλοσοφεῖν, cf. Krueg. 55, 3, 18. praepositio defenditur analogia verbi ἐμποδίζειν, cf. [Isocrates] epist. 4 p. 415 e ἐμποδιεῖν αὐτὸν πρὸς πολλὰ τῶν πραγμάτων. Philodemus de ira col. XVIII, 35 Gomp. ἐμποδίζονται δὲ καὶ πρὸς τὴν ἐν φιλοσοφίᾳ συναύξησιν κτέ.

ex ἐπί praepositionis cum genetivo iunctae exemplis (cf. ind. voc.) ut eximam non nulla minus trita, tempus indicatur 47, 4 οὐδ' ἐπὶ τῶν Τρωικῶν, consilium 16, 6 ἐπὶ στόλου τηλικούτου ἐξαπεστάλη. quod saepius legitur ἐπὶ

ξένης (vide ind. s. ἐπί) id exstat etiam apud Xenophontem reip. Laced. 14, 4. formula ἐπὶ τοῦ παρόντος in concessione ponitur 27, 1 εἰ δὲ καὶ τοῦτό τίς σοι δοίη ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀλλ' ὅμοιόν ἐστι κτέ. duo plane gemella mihi suggessit exempla Hense Aristonis Chii apud Theophilum ad Autol. III 7 p. 206 ed. Otto (Meineke hist. com. p. X) ἐπὶ τοῦ παρόντος· ἀλλὰ δεῖ πόρρω βλέπειν, et Epicuri sent. XXXV p. 79, 6 ed. Vsener κἂν μυριάκις ἐπὶ τοῦ παρόντος λανθάνῃ, ubi ἐπί restituit Menagius. Aristotelis unum citat Bonitz ind. p. 268ᵃ 7. Polybiana collegit et Diodorea Krebs l. c. p. 80. denique commemoro τὰ ἐπὶ τῶν τεχνῶν 14, 3 et οὐδ' ἡμεῖς ἐπὶ τῶν ἡμετέρων μερῶν 46, 3. dativum Teles huic praepositioni non subicit nisi in structuris ὀδυνᾶσθαι ἐπί τινι, ἄχθεσθαι sim., vide supra p. 13. accusativi exempla repperi haec ἐφ' ἱερὸν καθίσας 4, 3 παρειληφότος . . . ἐπ' ἄριστον 12, 12 ὡς ἐπὶ τὸ πολύ (Krueg. 69, 63, 5) 34, 4.

ὑπό nec cum dativo struitur nec cum accusativo. eo legitur saepius ὑπό τινος, sed fere ex consuetudine Atticorum. vide ind. voc. ut causa denotetur efficiens, etiam cum rei nominibus iungitur ὑπό in verbis Bionis 23, 2 ἢ τί διαφέρει ὑπὸ πυρὸς κατακαυθῆναι ἢ ὑπὸ κυνὸς καταβρωθῆναι κτέ. haud dissimiliter atque in inscriptione Attica a Meisterhansio citata p. 182 σίδηρος καταβεβρωμένος ὑπὸ τοῦ ἰοῦ (anni 329 ante Chr.).

Ut de coniunctionum usu aliquid addam, ἀλλά coniunctio persaepe legitur in sermonibus Teletis utpote a dialogi forma non alienis. ut potiora commemorem (cf. ind. voc.), ἀλλ' οὐ in interrogatione haud raro veram subdit scriptoris sententiam, velut in his 5, 3 ἢ πεινᾷ τις πλακοῦντα ἢ διψᾷ Χῖον; ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τρυφὴν ζητοῦσιν ἄνθρωποι; similia sunt 17, 13. 18, 15. 19, 2. 46, 12. cf. Krueg. 69, 4, 2. non numquam ἀλλά consociatur μή illi quo rem negari vult scriptor in interrogatione ἀλλὰ μὴ τῶν ἀναγ-

καίων ἐνδεὴς εἶ; 4, 8. sic etiam 14, 10. 15, 1. 4. interlocutoris verba haud raro a particula ἀλλά incipiunt 2, 5 ἀλλὰ καὶ ἀνδρεῖος ἂν μᾶλλον βουλοίμην δοκεῖν ἢ εἶναι. 20, 4 ἀλλὰ καὶ ὅτι μέτοικος κτέ. (cf. adnot. editoris) 9, 8 ἀλλ' ὅμως δοκεῖ κτέ. 19, 2. 16, 8 ἀλλ' ἔν γε τῇ ἰδίᾳ κτέ. 18, 12. 21, 2. 17, 3 ἀλλ' οὐδὲ ἐξουσίαν ἕξεις κτέ. cf. 47, 3 ναί· ἀλλ' οὐκέτι ἔσται. bis legitur οὐ μόνον... ἀλλὰ καί 41, 5. 47, 9. e ceteris dicendi formulis in indice enumeratis hoc loco commemoro ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων 44, 9 et quod etiam maiore pondere dicitur ἀλλ' ὅμως ταῦθ' ὁρῶντες γινόμενα οὐδὲν ἧττον κακοδαιμονεῖν οἴονται 36, 7.

semel legitur πῶς δὲ οὐκ ἀλόγιστον καὶ ἄλλως μάταιον 45, 10. cf. Plat. Phaed. sub fin. ἀρίστου καὶ ἄλλως φρονιμωτάτου καὶ δικαιοτάτου, ubi ἄλλως delet Schanz.

de particula ἅμα supra monui p. 36 et 37. ἅμα μέν... ἅμα δέ legitur 47, 15 (Krueg. 59, 1, 4).

de ἄν particula quae scitu digna sunt, ea supra variis locis prolata sunt. bis ponitur ἄν in eodem enuntiato οὐχ ὡς ἂν 'Αττικὴ γυνὴ ἀκούσασα σεσωσμένον ἔγραψεν ἄν 44, 7 (Krueg. 69, 7, 3). alterum exemplum genuinum non est ταχύ γ' ἂν καὶ ἡμῶν τις ἂν κοιμηθείη; 12, 7 lectori nescio cui id tribuit Cobet, epitomatori Diels.

ἄρα semel legitur, si vera est Wilamowitzii coniectura 26, 14 οὐδὲ ἄρα κτέ., particula αὖ fortasse ne semel quidem, si tamen iure editori suspecta est lectio librorum 41, 12 οὕτως αὖ δεῦρο ἐπίκειται. cf. ind. voc. s. πάλιν.

γάρ particula quae haud rara est in epitoma legeretur fortasse etiam saepius, si minus amans fuisset scriptor asyndeti, de quo infra. a particulis καὶ γάρ vel οὐδὲ γάρ non numquam enuntiata incipiunt, quibus respondetur interlocutori aut per ironiam velut 2, 8 Τιμήσουσί με. — Καὶ γὰρ πρωτοστάτην σε καταστήσουσι καὶ μονομαχεῖν κελεύσουσι κτέ. 47, 7 aut per solitam quandam ellipsin (cf. Krueg. 69, 14, 7) velut 17, 3 'Αλλ' οὐδὲ ἐξουσίαν ἕξεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἰδίαν. —

Οὐδὲ γὰρ νῦν εἰς τὸ Θεσμοφόριον ἐξουσίαν ἔχω, οὐδ' αἱ γυναῖκες εἰς τὸ τοῦ Ἐνυαλίου κτέ. 16, 9. 47, 4. plenius loquitur 34, 3 Ἡ πενία κωλύει πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, ὁ δὲ πλοῦτος εἰς ταῦτα χρήσιμον. — Οὐκ εὖ. πόσους γὰρ οἴει δι' εὐπορίαν κτέ. de particulis καὶ γάρ et οὐδὲ γάρ vide ind. voc. p. 68. 76.

γέ particulae exempla nec vi ab Atticorum usu recedunt nec collocatione, vide ind. voc. ἀλλ' οὖν γε legitur 48, 2. 4.

idem fere valet de particula δέ. nota est verborum collocatio talis 2, 4 ἐπὶ τῆς δικαιοσύνης δὲ 30, 9 πρὸς Κράτητα δὲ, cf. Krueg. 68, 5, 4. δέ in primo sermonis enuntiato posita 38, 3 Εἰ δὲ δεῖ κτέ. ex epitomae natura repetenda erit. δὲ καί copulantur haud raro (vide ind. voc. s. καί), velut τί δὲ καὶ διαφέρει 16, 12. 21, 10 (cf. etiam Krueg. 69, 32, 16). — ἔτι δὲ 35, 9. νῦν δέ 15, 12. 31, 16. εἰ δὲ saepe legitur (vide ind. voc. s. εἰ). — de μὲν . . . δέ particulis vide infra.

δή particulae exempla enumeravi ind. p. 58. δήπου semel exstat: οἷον δήπου 36, 1.

ἐάν et ἄν legitur et hoc quidem plerumque cum καί particula iunctum (κἄν), vide ind. voc. s. ἄν. οὐδ' ἐὰν 45, 17. ceterum vide ind. voc. s. ἐάν et quae supra monui p. 29.

εἰ coniunctionis exempla non est cur repetam. vide ind. voc. s. εἰ et supra p. 29. inter εἴπερ coniunctionis exempla unum est quod dubitationem moveat 46, 13 καὶ εἴπερ ἕτερον, ubi ἤπερ nuper coniecit de Arnim.

de εἶτα vide p. 45. ἔπειτα δή legitur 47, 11.

ἐπεί ubique fere adhibetur vi causali, confer tamen 7, 1. exempla exscripsi ind. voc. vide praeterea supra p. 30.

ἕως ὅτου . . . ὠφείλετο insolentius dicitur 27, 6, idque etsi a Teletis saeculo non alienum putaverat Meineke com. V p. 106, epitomatori tribuit Diels l. c. fortasse recte. nolim tamen praetervideatur ἕως οὗ et ἕως ὅτου eadem ratione adhibita esse a Polybio. cf. Kaelker l. c. p. 255 sq.

ἤ particulam non numquam non sine insigni brevitate poni supra monui p. 15. ἤπερ post comparativum semel exstat 26, 10 θᾶττον ... ἤπερ τὸν τρόπον, quod admodum rarum est apud scriptores Atticos. Thuc. VI 40, 1 suspectavit Krueger. legitur apud Aristotelem cat. V 2ᵇ 10, compluriens apud Polybium hiatus nimirum evitandi gratia, vide Kaelker l. c. p. 247 sq. Krebs l. c. p. 25. cf. Kuehn. II 2 p. 841 adn. 1. nihil fere apud Teletem frequentius quam ἤ particula in interrogatione posita vel ἢ οὐ ..., ἢ πάλιν ..., formula ἢ οὐχ ὁρᾷς, vide ind. voc. s. ἤ. πότερον (non πότερα) ... ἤ 1, 5. 7. 18, 11. ad hoc θᾶττον ... ἤπερ vel etiam ad μᾶλλον ... ἤ prope accedit illud πρότερον ... ἤ duobus verbis disiunctum ἐκεῖνός τε γὰρ ἂν πρότερον πίνων διαρραγείη ἢ παύσαιτο τοῦ δίψους 29, 4. iuvat comparare Xenophontis apomn. II 7, 2 vel anab. II 1, 10 aliosque huius generis locos perpaucos quos collegit Sturm *geschichtl. entwickl. d. constr. mit* πρίν p. 107 sq. moneo hac data occasione pro particulae πρίν constructione quam exspectes legi πρό cum infinitivo (cf. etiam p. 38) coniunctum 45, 12 δέον ... πρὸ τοῦ τελευτῆσαι τὸν φίλον ὀδυνᾶσθαι. praeiverat iam Xenopho apomn. II 1, 30. 6, 6. IV 4, 8, sed non nisi in ipsis commentariis ut observavit Sturm l. c. p. 108. idem nos docet inter oratores hanc structuram adhibere cum Lycurgum tum Demosthenem eosque solos (p. 125 sq.).

ἵνα coniunctionem supra tetigi p. 11.

ex καί particulae exemplis indice voc. exhibitis nolo hic iterare tritiora. concinnitatis causa membro 16, 13 πολλῶν καὶ ἡβώντων (Krueg. 69, 32, 3) mox opponitur eadem ratione ὀλίγων καὶ ἀνήβων 16, 14. post verba interlocutoris legitur καί p. 9, 10 ubi vide adn. vim paene adversativae particulae aequat in his Λυσάνδρου τοῦ Σπαρτιάτου τίς ἐντιμότερος γέγονεν ἢ τιμῶν πλειόνων ἠξιώθη; καὶ οὗτος τὰς θυγατέρας οὐκ ἐδύνατο ἐκδόσθαι προῖκα δούς. vide

Kuehn. II 2 p. 792. καὶ μάλα in responso 15, 4. καὶ πάλιν vel καὶ ... πάλιν compluriens consociantur, vide ind. voc. s. πάλιν. de particulis δὲ καί et καὶ ... δέ vide supra. formula διὸ καί 3, 15. 27, 12. 28, 5. 29, 6. de ἵνα καί, ἐπεὶ καί vide ind. voc. et Krueg. 69, 32, 17. in comparationibus ab optimorum auctorum consuetudine, qui καί particulam aut utrique membro (ὥσπερ καὶ ... οὕτω καί) aut soli relativo (ὥσπερ καί) addere solent (cf. Krueg. 69, 32, 13), Teles ita recedit ut haud raro posuerit ὥσπερ ... οὕτω καί 3, 3. 6, 3. 11, 3. 5. 42, 10. 14 ὡς (an ὥσπερ?) ... οὕτω καί 7, 5. utrique membro particula adiungitur καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας ... οὕτω, φησί, καὶ ἐκ τοῦ σωματίου 10, 14. illustrarunt hanc dicendi ubertatem Haupt opusc. III p. 569 et Vahlen Aristot. de arte poet.[3] p. 168 sqq. denique neutri membro adhaeret καί, cuius generis exempla vide ind. voc. p. 87. non sine brevitate legitur tamquam integrum enuntiatum καθάπερ καὶ Σωκράτης 11, 10. vide 2, 10 cum adn. ὥσπερ καὶ ὁ Πολ. ἐντέλλεται 22, 3.

μά et νή iurandi particulae cur desint in sermonibus Teletis ex eis apparet quae supra monui p. 40.

ut de μὲν ... δέ particulis aliquid addatur, hunc usum ὁτὲ μὲν πρωτολόγου ... ὁτὲ δὲ δευτερολόγου ... καὶ ὁτὲ μὲν βασιλέως, ὁτὲ δὲ ἀλήτου 3, 5. 6 a pedestri sermone Atticorum alieniorem esse observat Krueger 25, 10, 12, latius is patet apud posteriores (cf. Bonitz ind. Ar. p. 538ᵇ Epicur. p. 61, 11 Vsener). post πρῶτον μὲν pergitur per εἶτα 38, 8, ut saepe in scriptoribus Atticis, vide Kuehner II 2 p. 813. μὲν οὖν copulantur 18, 2. 21, 14, saepius μὲν γάρ, vide ind. voc. s. μέν.

μή, μηδέ, μήτε ... μήτε particularum exempla congessi in ind. voc. μήποτε (cum indic. vel cum opt. et ἄν) dubitanter affirmantis est ac modeste 14, 2. 42, 2. cf. Bonitz ind. Ar. p. 464ᵇ 43.

ναί· ἀλλ' οὐκέτ' ἔσται respondet interlocutor 47, 3.

de coniunctionibus ὅμως, ὅτε, ὅταν, ὅτι supra monui. praeter ὅτι particulam legitur etiam διότι 35, 2 οὐχ ὁρᾷς διότι 37, 9 λέγειν διότι, denique 36, 10 ἀκούειν διότι ubi si verum sit διότι, fortasse etiam 36, 13 καὶ διότι (libr. καὶ ὅτι) scribendum esse propter membrorum aequalitatem monet Hense. rara particulae διότι apud oratores exempla enumerat Schoemann ad Isaeum p. 254, cf. Benseler de hiatu p. 14, multa apud Aristotelem Bonitz ind. p. 200^{b} 39. in titulis Atticis exempla ante annum 300 a. Chr. non suppetunt (Meisterh.[2] p. 211, 28). utitur hac forma Polybius ut devitet vocalium concursionem, cf. Kaelker l. c. p. 243 et Stich l. c. p. 204 sq.

de negatione οὐ, οὐχ (οὐχί non legitur nisi in versu Philemonis 31, 9) οὐδέ vide ind. voc. οὔκουν non nisi semel exstat 17, 12.

οὖν particulae usum rariorem supra exhibui p. 33, de tritioribus consulatur index voc.

τε . . . καί particulae nullo verbo interposito non nisi semel se excipiunt 12, 2 ἱλαρῶς τε καὶ εὐκόλως (cf. Platonis verba ab editore citata). perrarum hoc esse ut in titulis Atticis sic in oratoribus demonstravit Fuhr mus. Rhen. XXXIII p. 578 sq. horum vix dissimilem rationem secutus est Polybius, vide l. c. p. 582 adn. 2. seiunctae leguntur particulae 46, 8 cf. 33, 6. per τέ . . . τέ iunguntur duo enuntiata 29, 4 ἐκεῖνός τε γὰρ ἂν πρότερον . . . διαρραγείη . . . οὗτός τε οὐκ ἂν ποθ' ἱκανωθείη. post πλοῦτόν τε γὰρ πλεῖστον αὐτὸν ἔχειν pergitur neglegentius ἔτι δὲ δόξαν ὑπάρχειν αὐτῷ 35, 8. cf. Krueg. 69, 16, 6.

ὡς particulae exempla ind. voc. collecta non est cur repetam. quod legitur 6, 6 ὡς ἑτέρως, per se ne id quidem ab Atticorum consuetudine alienum est. sed apte nuperrime coniecisse videtur Hensio Nauck ἐὰν δὲ οὕτως [ἑτέρως] coll. 9, 7.

Caput III.

De copia verborum.

Quae de copia verborum et delectu componere in animo est, ita proferam ut seorsum de nominibus substantivis agatur, de adiectivis, de verbis.

Ac nomina perlustranti cuivis patebit admodum in deliciis Teletem habuisse formas deminutivas. notum est enim quam finitima fuerit Cynicorum oratio sermoni familiari quamque cordi illis fuerit ipsius vitae vivam veramque imaginem repraesentare. neque igitur respuebant nomina deminutiva utpote sermonis vulgaris propria. notiorum exempla velut θηρίον (Bionis) 6, 1 ἱμάτιον 11, 8. 30, 12. 13 κρανίον 27, 9 μειράκια 16, 10˙ παιδίον 19, 6 (Bionis) 38, 9 (Cratetis) uno verbo attulisse satis habeo. neque γρᾴδιον inter rariora habendum 25, 4 μετὰ γρᾳδίου 4, 12 γρᾴδια 47, 15 τοῖς γρᾳδίοις, certe ab Aristophane Xenophonte Demosthene non alienum est. de vocabulo ἀκάτιον quod legitur 19, 6 cf. Wyttenbachii animadv. in Plutarchi librum de audiendis poetis p. 15 D. ἐλᾴδιον 31, 1 saepius legitur apud comicos, exempla enumeravit Iacobi ind. com. s. v.[1]). τὸ ἐνοίκιον (Bio) 10, 15 habent Demosthenes Isaeus. λαχανίοις 'oluscula' quod legitur 30, 10 admodum rarum est nomen deminutivum. alterum idque singularis numeri exemplum exstat apud Diogenem Laertium II 139, ubi ne quis λαχάνιον e Lycophronis dramate satyrico qui inscribitur Menedemus adsumptum esse properantius conciat (ipsum enim Lycophronem tamquam testem mox adfert Laertius 140), cavetur hoc Antigoni Carystii

[1]) Addere potui παιδαριώδης 17, 6. haud pauca illorum recurrunt apud Arrianum, velut ἐλᾴδιον diss. Epict. II 20, 29. III 10, 16. enchir. 12, 2. cf. Wendland quaest. Muson. p. 11.

testimonio quod servavit Athenaeus X 419 f ὅτε μὲν οὖν ἀκούσειαν λάχανον ἢ τάριχος, ἀνεχώρουν· ὅτε δ' ὅτι κρεᾴδιον, εἰσῄεσαν εἰς τὸν ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένον οἶκον, quamquam κυλίκιον sane in ipsa Lycophronis Menedemo lectum esse testatur frg. II v. 1 p. 817 ed. alt. Nauck. cf. Wilamowitz *Antig.* p. 100 adn. — σωμάτιον 'corpusculum' (11, 1 ἐκ τοῦ σωματίου) non sine contemptu dicitur (Bione auctore), ut passim apud Cynicos vel Stoicos, cf. Schweighaeuseri ind. graecit. Epict. s. v. Marci Antonini locos collegit Nauck *mél. gr.-rom.* t. V p. 21. — τὸ φασκώλιον 28, 7; φάσκωλος habet Aristophanes Thesmoph. alt. fr. IV com. II p. 1078 Mein.; utriusque vocabuli quae exstant testimonia congessit Otto Iahn *arch. zeit.* XII a. 1854 p. 231 adn. 13; cf. Hesych. φασκώλιον· βαλάντιον δερμάτινον. φάσκωλος δὲ τὸ μέγα, εἰς ὃ τὰ ἱμάτια ἐμβάλλεται. — τὸ χλαμύδιον 31, 15 est posteriorum, Plutarchi et Diodori Siculi. — μαινίς 30, 16 τῶν μαινίδων; de μαινίς nomine a μαίνη derivato cf. G. L. Ianson *jahrb. f. phil. u. paed.* suppl. XIX a. 1853 p. 523 et 529: 'pisciculus, qui halecis instar sale condiebatur'.

atque de deminutivis hactenus. iam percurrere placet reliqua substantiva hoc illo loco insignia.

ἄδεια καὶ ἀσπανιστία (33, 1 ἐν πολλῇ ἂν εἴη ἀδείᾳ καὶ ἀσπανιστίᾳ) 'dixit ad similitudinem locutionis ἐν ἐνδείᾳ καὶ σπάνει εἶναι saepius adhibitae; ἀδεής idem quod ἀνενδεής vel ἀπροσδεής apud Max. Tyr. diss. XIII 3 XX 6 al.' Hense p. 33, 1 adn.

ἀκλήρημα 18, 14. 15 ἀκλήρημά τι καὶ ὄνειδος ἐμόν 17, 12 ὄνειδος καὶ ἀκλήρημα 18, 12 'infortunium' raro legitur sicut ἀκληρεῖν. 'nomen ἀκληρήματα bis habet Ἡρακλείδης ὁ κριτικὸς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων fragm. hist. gr. ed. Muell. II p. 260, 3 et 9, Teletis ille aequalis cuius aetatem nuper definivit E. Fabricius 'ueber die Abfassungszeit der griech. Städtebilder des Her.' *Bonn. stud.* p. 58 sqq. et nomine utitur et verbo Diodorus (cf. Wesseling), inter philosophos

ἀκλήρημα habet Marc. Ant. X 33, ubi vide Gatakerum; cf. Suidas ἀκληρήμασι· συμφοραῖς, δυστυχίαις κτέ.

ἀκολουθία 30, 5 παίδων ἀκολουθίαν (opponitur διακονία ἡ τυχοῦσα 40, 8 ἀρκούμενος καὶ ἐσθῆτι τῇ τυχούσῃ καὶ διαίτῃ καὶ διακονίᾳ vel etiam αὐτοδιακονία 41, 13); cf. Plat. Alcib. I p. 122 C. Plut. de genio Socr. p. 578 E et inprimis quaest. symp. I 2 p. 615 D ἐσθῆτι τε περιττῇ καὶ ἀκολουθίᾳ παίδων ὑποσολοικότερος. in rem iuvat comparare Demosth. XXXVI 45 εἰ σὺ μὲν χλανίδα φορεῖς ... καὶ τρεῖς παῖδας ἀκολούθους περιάγει καὶ ζῇς ἀσελγῶς[1]. ut crebrum est apud priores adiectivum ἀκόλουθος, ita rarum videtur ἀκολουθία; semel reperitur apud Xenophontem cyn. X 5. cf. Plat. Cratyl. p. 437 C.

ἀκροκώλιον 8, 17 ἐπυνθάνετο πόσου τὸ ἀκροκώλιον; pluralis numerus usitatior veteribus. etiam singularem admittunt Strattis Antiphanes Alexis Eubulus comici; cf. Iacobi ind. com. s. v. ceterum vide Athen. III p. 95 f sqq.

ἀναστροφή 30, 8 est 'vitae ratio'; primum praebere Polybium vocis significationem s e g e r e n d i opinatur Kaelker l. c. p. 301. ex Polybianae aetatis titulis hosce adfert vir doctus quibus usus ille confirmetur: CIG 1193, 19. 1331, 3 CIA 477^{b} 12. 1085, 9.

ἄρμενα 6, 13 ἐπῆραν τὰ ἄρμενα 'vela', sicut apud poetas Teletis fere aequales Apoll. Rhod. 4, 237. 887 Theocr. 22, 13; eadem significatione legitur apud Polyb. I 44, 3. 'armamenta navis' interpretantur eiusdem XXI 45, 13.

ἀσπανιστία: vide ἄδεια. Hieracis nomen per errorem

---

[1]) Verba mihi indicavit Hense qui aliquot Demosthenis locos apte comparari posse me monuit cum Teleteis vel Bioneis. velut quam vere Bio descripserit aetatis suae condicionem elucere ex his Demosthenis X 68: καὶ γάρ τοι τούτων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γίγνονται, καὶ ἐξ ἀνωνύμων καὶ ἀδόξων ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι, ὑμεῖς δὲ τοὐναντίον, ἐκ μὲν ἐνδόξων ἄδοξοι, ἐκ δ' εὐπόρων ἄποροι coll. Tel. 40, 3. 5. cf. etiam Ol. I 2 et Tel. 3, 15 sqq.

citatur in Stephani thesauro, nam Stobaeus 45 (lege 95) p. 524 Gesn. est ipse locus Teletis.

ἀτυφία (3, 15 μετὰ σωφροσύνης καὶ ἀτυφίας) ut τῦφος, τετυφωμένος Cynicorum vocabula propria. Ἀντισθένης τὴν ἀτυφίαν τέλος ἀπέφηνε (Clem. Alex. strom. II 21 p. 498 P.). ἀτυφία sicut ἄτυφος (Plat. Phaedr. p. 230 A) compluriens legitur apud Plutarchum, ἀτυφία et ἀτύφως apud Marcum Antoninum, alios. cf. E. Norden in Varr. sat. Men. observ. p. 311 sq.

αὐτοδιακονία: 41, 13 ἀναχώρει εἰς μονοσιτίαν, εἰς αὐτοδιακονίαν. quae ipse quasi interpretatur his 31, 3: διακόνους οὐκ ἐπιθυμῶν ἔχειν. vocem hanc habet Chrysippus Athenaei I p. 18 b ἐπετήδευον γὰρ τὴν αὐτοδιακονίαν. cf. Clemens Alex. paed. I p. 157 P.

βάκηλοι semel legitur 16, 12 de stupidis; de molli homine dixit Antiphanes com. III p. 59, 2 Mein.; qua notione Menander IV p. 211 (Hesych. s. βάκηλος) adhibuerit, non satis patet.

βλάξ semel legitur 48, 4 ‘ἀλλ’ οὖν γε ἄνδρα, καὶ οὐ βλᾶκα’. usus erat hac voce Aristophanes fragmentorum v. II p. 1131 Mein. notum est Phrynichi de βάκηλος et βλάξ vocabulis praeceptum, cf. Lob. p. 272 Rutherford *the new Phrynichus* (Lond. a. 1881) p. 340.

βόθρος et βόρβορος vocabula Atticis scriptoribus non inusitata ideo commemoro, quod leguntur intra Phorcidum illam similitudinem 27, 4 αὐτὰς δὲ εἰς φραγμοὺς καὶ βόθρους καὶ βόρβορον ἐμπίπτειν μηθὲν προορωμένας κτέ. Bioni vindicatam ab Hensio (cf. p. XX et 27, 4 adn.). comparare iuvat Monimi de caeco et indocto dictum quod servavit Stobaeus II 31, 88 p. 216, 14 Wachsm.: Μόνιμος ὁ Κυνικὸς φιλόσοφος ἔφη, κρεῖττον εἶναι τυφλὸν <εἶναι> ἢ ἀπαίδευτον· τὸν μὲν γὰρ εἰς τὸν βόθρον, τὸν δὲ εἰς τὸ βάραθρον ἐμπίπτειν, ubi εἶναι supplevit Vsener. cf. Weber de Dione Chrysostomo Cynicorum sectatore *(Leipz. stud.* X) p. 209 adn. 1.

γραμματοδιδάσκαλος 38, 11, ubi usitatius fuisset quod

habet auctor Axiochi in loco consimili p. 366 E παιδαγωγοὶ καὶ γραμματισταὶ καὶ παιδοτρίβαι. sed cf. Plut. Alc. c. 7 Hermippus Laertii X 2 Hesych. s. γραμματιστής.

δευτερολόγος et πρωτολόγος (3, 5. 7) pro δευτεραγωνιστής et πρωταγωνιστής, si lexicis fidere licet, alibi non leguntur.

δυσελπιστία, quod apud priores non repperi, ne apud Teletem quidem legitur nisi cum ἀνελευθερία voce arte coniunctum: ἐνίων ἡ ἀνελευθερία καὶ δυσελπιστία 25, 10. 28, 2. cf. Polyb. I 71, 2 ἐν μεγάλῃ δυσθυμίᾳ καὶ δυσελπιστίᾳ I 39, 14 τὴν ἐν τοῖς πεζικοῖς στρατοπέδοις πτοίαν καὶ δυσελπιστίαν. ceterum Teles utroque loco voces illas adhibet non sine prosopopoeiae vigore.

δυστροπία semel legitur 5, 9: τὴν ἑαυτῶν δυστροπίαν καὶ κακοδαιμονίαν. amat Teles substantiva per -ία formata. legitur δύστροπος Eur. Hipp. 61 Demosth. Phil. II 30, sed δυστροπία non videtur recurrere nisi apud sequiores (Poll. III 132 V 119 Hesych. s. σχετλιασμοί).

εἰκόσορος 'navis viginti remis instructa' legitur 19, 7 in loco Bioneo. notum est Homericum ι 322 νηὸς ἐεικοσόροιο. utitur hac voce etiam Nicostratus comicus Athen. XI p. 474 b (com. III p. 282 Mein.).

ἐπαίτης 'mendicus' 9, 13 ἄτυφοι γενόμενοι καὶ ἐπαῖται labentis est graecitatis, Plut. Epict. Cassii Dionis, cf. quae adnotavit Hense l. c. ad Theodorum epitomatorem vocem rettulit Diels.

ἐπιβολή 31, 11 ἐπιθυμίας καὶ ἐπιβολὰς τοσούτων καὶ τοιούτων ἔχει; sicut apud Polyb. I 3, 6 πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐπιβολήν et apud posteriores, cum apud Thucydidem ἐπιβολή significet 'initium rei agendae' τὴν ἐπιβολὴν ἐκφροντίζων III 45, 5, quod in ἐπιβουλήν a Classeno frustra mutari recte monet Stahl.

εὐκλήρημα 18, 15; cf. Antiatt. Bekkeri p. 75, 27 ἀκληρίαν: Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι. ὁ αὐτὸς εὐκλήρημα (sic recte Koppiersius, εὐκλήρωμα cod.) ἀντὶ τοῦ κατόρθωμα. quod

Antiphanes hac voce utatur notabile esse monet me Hense; nam Bio, cuius vestigia in proximis (p. 19, 2 sqq.) aperta sunt, in deliciis habet Antiphanem. malim igitur cum Hensio potius in dubio relinquere quo auctore usus sit Teles p. 18, 14 sq., quam Stilponi vindicare hoc παρακεκινδυνευμένον cum Gieseckio 'de philos. vet. quae ad exilium spectant sententiis' (Lips. a. 1891) p. 9. ceterum vocis audaciam ipse sensit scriptor, quam ut excusaret addidit formulam εἰ δεῖ εἰπεῖν οὕτως. hac etiam Chrysippus usus est teste Plutarcho de repugn. Stoic. p. 1038 D καὶ μέγα φρονεῖν καὶ εἰ δεῖ οὕτως εἰπεῖν ὑψαυχεῖν κτέ. et hanc quidem magis usitatam esse verborum collocationem confirmat Porphyrius de abst. IV 20 p. 265 sq. N.[2]: νῦν δ' ἐν θνητῷ ὄντες ἔτι θνητοτέρους, εἰ χρὴ οὕτως εἰπεῖν, ἀγνοοῦμεν ἑαυτοὺς ποιοῦντες. similem formulam ἵν' οὕτως εἴπω habet Chrysippus Plutarchi de repugn. Stoic. p. 1050 F (contra Stoic. de comm. not. p. 1065 B).

εὐλογιστία 14, 9 εὐλογιστίας, ὀρθοπραγίας, εὐπραγίας. recurrit vox apud Stoicos Stob. ecl. II 7, 5[b2] p. 60, 19. 61, 1 Wachsm. Marc. Anton. IV 26, apud Plutarchum, etiam in Ps.-Platonis definit. p. 412 E.

κοσμητής (38, 15 τὸν κοσμητήν) magistratus non reperitur ante finem saeculi quarti, cf. Dittenberger de ephebis att. p. 31 G. Gilbert *handb.* I p. 298. praeter hunc locum geminumque Axiochi p. 366 E ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, κοσμητὴς καὶ φόβος χειρῶν non est traditum nisi in inscriptionibus eisque recentioribus, ubi οἱ ἔφηβοι τὸν ἑαυτῶν κοσμητήν vel τῷ κοσμητῇ τῶν ἐφήβων plus semel legitur (cf. CIA III[2] p. 316).

μαγειρεῖον quod exstat 8, 16 εἰς τὸ μαγειρεῖον non reperiri ante Aristotelem apparet ex eis quae collegit Lobeck ad Phryn. p. 276. ceterum conferas Rutherford l. c. p. 341.

μονοσιτία (41, 13 ἀναχώρει εἰς μονοσιτίαν) sicut verbum μονοσιτεῖν magis esse medicorum (citantur Hippocrates,

Galenus, Oribasius) consentaneum est, sed μονοσιτεῖν habet Xenopho et Aristoteles.

οἰκητήριον (Bionis, ut videtur) 5, 5. ante Bionem Euripides offert Or. 1114, tertio saeculo Lycophro Alex. 376; recentiores, velut Plutarchus de exilio p. 602 D, al.

ὀξυρεγμίᾳ σπαράττειν 13, 6. verbo ex plebe petito de mulieris stomacho iam utitur Aristophanes. cf. Photius p. 340, 22: ὀξυρεγμεῖν· ὅταν μεθ' ἡμέραν ἐποξίσῃ ἡ τροφή· Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις (com. II 2 p. 1143 fr. V Mein.) τὴν ὀξυθυμίαν οὕτως ἔφη· 'καὶ μὴν ἄκουσον, ὦ γύναι, θυμοῦ δίχα Καὶ κρῖνον αὐτὴ μὴ μετ' ὀξυρεγμίας'. hoc vocabulum inter Bionis ὀνόματα φορτικά iure rettulit Hense p. XLV.

ὁπλομάχος (39, 1 τὸν ὁπλομάχον) est magister qui adulescentes armis decertare docet, non, ut apud Xenoph. de rep. Laced. XI 8, qui armis ipse pugnat. exstat vocabulum in inscriptionibus inde a tertio a. Chr. n. saeculo, cf. Meisterh.[2] p. 98, 3. post Teletem offerunt Polyb. II 65, 11, Strabo (XVI p. 752 πωλοδάμναι καὶ ὁπλομάχοι καὶ ὅσοι παιδευταὶ τῶν πολεμικῶν), Plutarchus.

ὀρθοπραγίας 14, 9. alibi me legere non memini; relegamur ad Strabonis nescio quem locum. sed ὀρθοπραγεῖν exstat apud Aristotelem, vide ind. Bonitz. s. v. cf. Democritus Stobaei II p. 211, 19 Wachsm.

περίστασις (41, 7 πρὸς τὴν περίστασιν ὁρῶντες et lemma 40, 1) temporis ratio est vel temporum condicio significatione ut Polybio perfamiliari ita ab Atticis scriptoribus aliena. cf. Kaelker l. c. p. 302.

πλακοῦς (5, 2 πεινᾷ τις πλακοῦντα) est vox vitae cotidianae, unde comicorum (cf. Iacobi ind. com. s. v.), ut recte observavit Schmid *der Atticismus* I p. 316. utebantur hac etiam recentiores, Plut., Epict., Luc.

πλεονασμός (39, 14 τῷ πλεονασμῷ τῶν ἡδονῶν) non inveniri videtur ante Aristotelem; recurrit apud Polyb., Plut.

ποιήτρια 3, 5 αὕτη (sc. ἡ τύχη) ... ὥσπερ ποιήτρια (Bionis),

cf. 40, 2. Alexidis fabula inscripta erat Ποιήτρια. recurrit apud posteriores, cf. Schmid l. c. I p. 371. apud Plut. Hell. p. 300 F est ποιήτρια μελῶν, quod addi poterat indici Wyttenbachii.

ῥοά (*l.* ῥόα Hense) dixit Teles 42, 5, non ῥοιά.

ῥυπαρία (24, 5 δι' ἀνελευθερίαν καὶ ῥυπαρίαν 27, 11 διὰ ῥυπαρίαν καὶ δειλίαν) vi translata est recentiorum, Plut., Dion. Cass.

σκυτεύς 35, 10 dixit Teles et σκυτεῖον 35, 5, non σκυτοτόμος et σκυτοτομεῖον. cf. Moeris p. 209, 25 Bekk.

στενοχωρία (46, 13 ἐν στενοχωρίᾳ καὶ ἀπορίᾳ) vi translata apud optimos scriptores vix reperitur, legitur apud posteriores, Polyb., Plut., Dion. Chrys., Epict.

ὑδρωπικός et ὕδρωψ[1]) (29, 2 εἴ τις τὸν ὑδρωπικὸν βουλόμενος παῦσαι τοῦ δίψους, τὸν μὲν ὕδρωπα μὴ θεραπεύοι) comparent inde ab Aristotele. comici versum odoratur Wilamowitz in verbis auctoris π. ὕψ. p. 13, 10 ed. Iahn. οὐδὲν γάρ φασι ξηρότερον ὑδρωπικοῦ.

ὕπαρξις (32, 13 ποία χρημάτων ὕπαρξις 15, 6 κατὰ τὴν τῶν τοιούτων ὕπαρξιν) est posteriorum vox, quorum Aristotelem Polybium adferre satis habeo.

φυστή (4, 12 γρᾴδια φυστὴν φαγόντα) 'panis plebeius' μᾶζα; Aristoph. vesp. 610 Mein.; cf. Herodian. I p. 344, 7 Lentz., Athen. III 114 f. legitur aliquotiens apud comicos, cf. Iacobi ind. com. μᾶζαν, quod ipsum quoque legitur 30, 10, ad Cynicorum victum pertinere notum est, cf. Weber l. c. p. 106 adn. 1, p. 137 adn. 2.

Transeo ad adiectiva.

ἀβάσκανος 42, 14. adiectivum legitur etiam apud Io-

---

[1]) Pro ὕδρωψ adhibet auctor tractatus π. συγκρ. πλούτου καὶ ἀρετῆς (Stob. flor. v. III p. 187, 12 Mein.) ἡ τῶν ὑδεριώντων νόσος. est ὑδεριῶ autem verbum recentiorum, velut Dioscoridis, Aristidis oratoris, Aeliani, cf. Schmid l. c. II p. 225.

sephum de bello Iud. I 9, 4, adverbium apud Marcum Antoninum I 16.

ὁ ἄβιος 35, 16 (opp. ὁ πλούσιος) restituerunt Cramer et Halm. eis quae exposuit Hense p. XXIII non habeo quod addam. notum est autem Antiphontem sophistam, si fides est Harpocrationi et Hesychio s. v., ἄβιος dixisse notione vocis πλούσιος. Antiph. fr. 100 Bl.[2] cf. quae dixit Clemm de alpha intensivo p. 91 sq.

ἀδάπανος (4, 12 ὄψον ἀδάπανον καὶ ἀτρύφερον) poetarum esse Schmid l. c. I p. 148 adnotat nimirum respiciens Eur. Orest. 1176. cf. Hegesander aut Charicles Athenaei VIII p. 350 b. post Teletem hoc vocabulo utuntur Plutarchus Dio Chrys.

ἀθώπευτον καὶ ἀκολάκευτον 33, 8 est 'non blandiens' sensu activo, οὐχ ὑποπίπτων οὐδὲ ἀγεννίζων (3, 11) ut Bionis verbis utar. ἀκολάκευτος recurrit apud Themistium or. II 32, 4 VI 97, 8 Dind.

ἀκάττυτος (30, 4 ὑπόδημα καὶ τοῦτο ἀκάττυτον ἥλους οὐκ ἔχον) adsumptum ex sermone vulgari alibi non legi videtur.

ἀμεμφίμοιρος 42, 16 vox rara. habet etiam Marc. Ant. V 5.

ἀνώδυνος (8, 3 ἐξέσται σοι ἀνωδύνῳ ὄντι ποιεῖν) a poetis (Soph. Phil. 883; Ai. 555 est versus interpolatus) ad recentiores pervenit, cf. Schmid l. c. II p. 190.

ἀπερίεργος 'non curiosus, περιεργίας expers' 42, 15. usitatior est notio 'non exquisitus', cf. Posidonius Athenaei VI p. 274a ἀφελὴς καὶ ἀπερίεργος χρῆσις. est certe vox recentiorum.

ἄπλευρος 42, 7, cf. 42, 3. 5. 10; Aristoteles utitur hoc vocabulo ter, alibi nescio an frustra quaeratur.

ἀπύρηνος 42, 2. 5; hoc quoque inter prosae orationis scriptores Aristoteles primus adhibet. cf. Athen. XIV p. 652 a. recurrit in Theophrasti hist. pl. saepe. Aristophanes com. II 986. 1011 Mein. ἀπύρηνοι ῥόαι.

ἀτράχηλοι quod legitur 42, 2. 6 novasse videtur Teles vel potius auctor a Telete exscriptus.

ἀτρόφερον 4, 13. habet Eupolis com. II p. 448 Mein.; vox eadem legitur in Cebetis tabula 20.

ἀφελής (29, 10 ἐλευθερίους καὶ ἀφελεῖς 30, 9 ἀφελέστερος) Polyb., Plut., Luc., Marc. Ant. μετ' ἀφελείας (pro μετ' ὠφελείας) 3, 14 probabiliter Giesecke l. c. p. 67 adn. 1.

δοξοκόπος 29, 6 δοξοκόπον 31, 7. vocabula per -κοπέω -κόπος conformata sermonis vulgaris esse dicit Schmid de Atticismo I p. 157. δοξοκόπος, -πία (Plut. Luc.), -πέω vocabuli non suppetere videntur exempla ante saeculum Teletis, cuius p. 29, 1—6 Bioni vindicavit editor. ut alios omittam, δοξοκόπος voce saepe utitur Dio Chrysostomus.

εὐσχολώτερος 35, 16 ab optimorum scriptorum usu alienum. Polybius IV 32, 6 positivo utitur, comparativo Marcus Antoninus IV 24.

λιτός: 9, 13 διαίτῃ εὐτελεῖ καὶ λιτῇ 32, 18 λιτότερον, vox in quarti saeculi et tertii scriptoribus haud ita rara. cf. Menandri fab. inc. fr. 93 (com. IV p. 258 Mein.) λιτὸν . . . βίον al., Aristot. rhet. III 16. 1416ᵇ 25 λιτὸς λόγος (opp. λόγος ποικίλος), Epicur. p. 63, 22 Vsener λιτοὶ χυλοί. Diog. Laert. VI 105: ἀρέσκει δ' αὐτοῖς (i. e. Cynicis) καὶ λιτῶς βιοῦν. a Teletis verbis proxime abest Plut. quaest. sympos. IV 4 p. 668 E εὐτελοῦς καὶ λιτῆς . . . διαίτης. cf. etiam Ps.-Xenoph. epist. I 8 ἀντὶ λιτῆς διαίτης Σικελιῶτις γαστρὸς ἀμέτρου τράπεζα. praetermitto alia.

ὀσφραντός (41, 5 ὀσφραντῶν καὶ ἀκουστῶν) inde ab Aristotele (cf. Bonitz ind. s. v.) dicunt, velut Plutarchus. coniungit τὰ ἀκουστὰ καὶ ὀσφραντά Marcus Antoninus X 35.

προσηνής vocabulum quod legitur 20, 3 μέγα δὲ καὶ προσηνὲς τὴν πατρίδα ὥσπερ καθ' αὑτήν poetarum magis proprium est, quod monuit iam Krueger ad Thuc. VI 77, 2 *sonst in der attischen Prosa wohl nirgends.* Plutarchi verba de tranquill. p. 466 D ἦλθεν ἡ ὑγίεια φίλα πάντα ποιοῦσα καὶ προσηνῆ ad Aristonem Chium revocat R. Heinze mus. Rhen. XLV p. 499. recurrit vox apud

Plutarchum, Dionem Chrysostomum, Lucianum. comparativus legitur apud Arist. physiogn. 5 809ᵃ 31.

σαπρός 19, 5 σαπρὰ (sc. ἡ οἰκία) καὶ ῥέουσα καὶ καταπίπτουσα.

ὑώδης 13, 15; ex posterioribus scriptoribus hanc vocem admittunt Plutarchus, Clemens Alex. compluriens.

Sunt adverbia non nulla digna quae afferantur:

ἀφόρτως 10, 9 est posteriorum.

ἐκπαθῶς 'immodice' 25, 13 ἐκπαθῶς ἀπολαύει. horum similiter Athenaeus X p. 443 d οὗ (sc. τοῦ οἴνου) τοὺς ἐκπαθῶς μεταλαμβάνοντας.

εὐθέως adhibetur (non secus atque Atticorum illud αὐτίκα) in exemplis vel argumentis adferendis non nisi semel 1, 15; uberius dicit· οἷον εὐθέως Polyb. VI 51, 1 XII 5, 6.

εὐλύτως 28, 7 adverbium raro legitur, apud Polybium semel XXVII 9, 5, bis in libris Marci Antonini[1]).

ὀδυρτικῶς 10, 8 etiam Aristoteles (cf. Bonitz ind. s. v.) adhibuit; e posterioris aevi scriptoribus adfero Plutarchum Erot. p. 751 A.

Sed perscrutemur verba.

ἀγεννίζω (3, 11 οὐχ ὑποπίπτων οὐδὲ ἀγεννίζων) non reperiri videtur nisi hic. ut γενναῖος sic ἀγεννής et ἀγεννῶς sunt Cynicorum quasi tesserae. cf. Weber de Dione Chrysostomo Cynicorum sectatore p. 137 adn. 2. ἀγεννῶς bis habet Teles 10, 7. 43, 16. ἀγεννής praeter priores ex. gr. Arrianus Epicteteus et Marcus Antoninus.

ἀκληρεῖν 19, 2. 47, 1 est recentiorum, Polybii et Diodori Siculi, aeque atque εὐκληρεῖν, quod exstat apud Diodorum Sic. I 182. vide supra s. ἀκλήρημα.

ἀνασυραμένη 45, 4 sensu obscaeno dicitur de Lacaena.

---

[1]) Vtrumque Marci Antonini locum (III 7 VIII 33) temptavit Nauck priore praeferens εὔλυτος, altero ἀλύπως. sed εὐλύτως δὲ ἀφεῖναι (VIII 33, ubi vide Gatakeri adn.) commendatur verbis Teletis. cf. Arr. Epict. diss. IV 1, 153.

ad Bionem apophthegma revocat Hense p. CVII collatis eis quae Theodoro tribuit Laertius II 116 ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; nec suspicioni obstare ait apophthegma Diogenis servatum a Laertio VI 46 οὐ πρότερον λέξειν αὐτῷ, εἰ μὴ ἀνασυράμενος δείξειε πότερον γυνή ἐστιν ἢ ἀνήρ vel quod utatur voce Teophrastus char. 6 et 11, ubi vide interpretes. cf. Diels Herm. XIII p. 9.

ἀποτρίβεσθαι in Lacaenae apophthegmate 44, 7. 10 ταύταν (sc. τὰν φάμαν) ἀπότριψαι. locutio ἀποτρίψασθαί τι invenitur apud Demosth. Olynth. I p. 12 Aeschin. c. Tim. 120 Aristot. eth. Nic. II 1105ᵃ 2, saepissime apud Polybium.

δεινοπαθῶ (Bionis) 13, 2. 44, 15. Demosth. XL 53.

διαρρήγνυσθαι 19, 7 οὐδ' εἰ κωπηλατοῦντα διαρρήγνυσθαι δέοι. Aristoph. ran. 255 ἐλαύνων εἰ διαρραγήσομαι comparavit editor. ἐκεῖνός τε γὰρ ἂν πρότερον πίνων διαρραγείη ἢ παύσαιτο τοῦ δίψους 29, 4. cf. Lucianus quomodo historia conscribenda sit 20 ὑπερεμπίπλαται ἔθνους τινὸς ἢ ταρίχους, ἔστ' ἂν διαρραγῇ ἐσθίων.

διετραχηλίζετο 7, 2 [διατραχηλίζεσθαι 7, 1] Teles adhibet in apophthegmate Diogeni adscripto. est verbum palaestrae. τραχηλίζεσθαι passive auctore Cratete p. 39, 2. idem verbum Diogeni datur a Laertio VI 61 in apophthegmate quod similiter narrat Plutarchus de curiositate p. 521 B Aristone Chio fortasse auctore. translate δρόμοις ὀλεθρίοις καὶ παραφόροις διατραχηλιζόμενος Plutarchus animine an corporis affectus sint peiores p. 501 D sq.

δυσαρεστῶ (28, 13 τοῖς συμβεβηκόσιν οὐ δυσαρεστῶν) et εὐαρεστῶ (43, 3 εὐαρεστοίη τῷ βίῳ, ἢ μὴ εὐαρεστῶν κτέ.) habent posteriores Polyb., Diodor. Sic., Luc. illo absolute utitur Aristot. an. hist. VI 2. 560ᵇ 24. δυσάρεστος dixere priores.

ἐπάρχω: 32, 14 πολλῆς ἐπάρχοντες. verbum etsi rarius admitti videtur a veteribus, admittitur tamen. ut uno defungar exemplo, Xenopho Cyr. IV 6, 2 χώρας ἐπάρχω πολλῆς.

ἐρωτῶ 26, 4 οὐκ ἀηδῶς δ' ἔμοιγε δοκοῦσι καὶ οἱ ἀρχαῖοι

πρὸς ταῦτα ἐρωτᾶν. 'interrogare' i. e. 'syllogismo uti', cf. Bonitz ind. Arist. s. v. Schweighaeuser Arr. Epict. t. III p. 337.

εὐημέρηκας 18, 1 dicitur de poetae successu, cf. Plut. de tranquill. p. 473 B κωμῳδοὺς εὐημεροῦντας ἐν θεάτροις, Athenaeus XIII p. 584 d. verbum prioribus (Sophocli) non ignotum etsi alienum videtur a Platone Xenophonteque, haud rarum est apud Aristotelem. utitur verbo Philemo com. IV p. 26 v. 3 et comicus ignotus IV p. 618 fr. L v. 8. Bioni adscribitur a Laertio IV 48; cf. Macho apud Athen. XIII p. 577 d. εὐημερεῖν tribuitur Epicuro (cf. fr. 488 Vsener) in codice Pal. gr. 129 f. 23[r], de quo Vsener *Wien. stud.* XII p. 1 sqq.

εὐπλοεῖν 17, 11. Zenoni datur vocabulum a Laertio VII 4, legitur apud Dionem Chrys. Arrianum, alios.

ζηλοτυποῦσι καὶ φθονοῦσι 43, 10. quodsi Moeridi credis p. 197 Bekk., ζηλῶ 'Αττικῶς, ζηλοτυπῶ 'Ελληνικῶς, sed et Plato habet vocem conv. p. 213 D ζηλοτυπῶν με καὶ φθονῶν et Aeschines c. Ctes. 211 κάθαρμα ζηλοτυποῦν ἀρετήν. cf. Arr. Epict. III 22, 61 φθόνοι καὶ ζηλοτυπίαι.

ἱκανοῦμαι (31, 10 οὐκ ἀρκεῖται οὐδ' ἱκανοῦται 29, 5 οὐκ ἄν ποθ' ἱκανωθείη) verbum ab usu scriptorum Atticorum plane alienum videtur. apud recentiores raro exstare (Dionys. Hal. ant. R. 2, 74), saepissime adhiberi ab auctoribus Byzantinis adnotatur in Stephani thes. v. ἱκανόω.

κακοδαιμονεῖν 36, 7 Atticorum consuetudini parum dici convenienter monet Phrynichus (p. 79 Lob. p. 152 Rutherf.). corrigunt igitur Demosth. VIII 16 κακοδαιμονοῦσι in κακοδαιμονῶσι, sed καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν καὶ τὸ κακοδαιμονεῖν habet Xenopho Hier. 2, 4, inter posterioris aetatis scriptores Plut., Epict., Marc. Ant.

κακουχῶ: 25, 4 κακουχεῖ αὐτὸν καὶ ξηραίνει. iuvat adscribere verba Wyttenbachii, quibus illustratur Plutarchi cons. ad Apoll. p. 114 E: 'κακουχουμένους "corporis afflictione vexatos". Teles . . . Diod. Sic. III 23 XIX 11.

frequentius nomen est κακουχία: apud eundem I 64 XXI 16; Polyb. III 64, 8. V 15, 6. Plutarchum hoc libro p. 112 C 117 E'.

κατακολουθῶ: 44, 3 τὴν δὲ κατακολουθοῦσαν. hoc verbum Kaelker l. c. p. 301 inter vocabula quae adamaverit Polybius ante ipsum inusitata enumerat.

κορυζῶ translate dictum de stupido (ἢ διαφέρειν τι ἐκείνην ὄρνιθος κορυζώσης ἡγῇ 13, 13) repetitum videtur ex sermone vulgari. inter priores semel habet Plato de rep. p. 343 A. cf. Hense p. XLV.

κωπηλατοῦντα 19, 7. cf. Eur. Cycl. 460, unde fortasse venit ad posteriores, velut Polyb. I 21, 1 et Luc. ver. hist. I 40.

μεμψιμοιρῶν 3, 12 a superiorum dicendi usu alienum. legitur Dem. de coron. 74, sed in psephismate, apud Polyb., Diod. Sic., Plut., Luc.

μωκᾶσθαι 2, 15; μωκώμενος habet Epicurus p. 62, 3 Vsener (Laert. X 127); Philodemus de vit. l. X 33 ed. Sauppe. invenitur etiam apud Alciphronem, Aelianum. ceterum καταμωκᾶσθαι exhibet Arrianus Epict. ench. 22; cf. quae collegit Marcks symb. cr. ad. epistologr. gr. p. 12 adn. 2.

παρακοιτεῖν 39, 4 παρακοιτοῦσι ibid. non invenitur nisi apud Polybium et apud hunc quidem cum dativo coniunctum aut cum praepositione παρά.

παρασφραγίσηται 28, 1 παρεσφράγισται 28, 3 est aliunde non notum. fuit cum conicerem librariorum errore παρασφραγίζεσθαι confusum esse cum ἀποσφραγίζεσθαι. hoc enim legitur Eur. Orest. 1108. παρασημαίνεσθαι dicere Atticos testatur Moeris p. 207 Bekk.

παρευδοκιμεῖσθαι 18, 7; notio passiva recurrit apud Luc. Herm. 51.

παροπτᾶν 2, 17 habent recentiores Polyb., Diod. Sic., Luc., alii multo posteriores.

πενητεύουσι 10, 12 vocabulum rarum. Empedocles v. 234 ed. Karsten ὄμματα . . . πενητεύοντα μετώπων. Ps.-Phocyl. 28.

προσστῆναι 7, 3 verbum palaestricum sicut γλοιός, διατραχηλίζεσθαι. cf. quae adnotavit Hense.

σκελετεύσαντες 23, 11 'condire'. saepius sic ab aliis dicitur ταριχεύειν. Bio (nam de Bione agitur) translate utitur verbo κατασκελετεύειν apud Plutarchum de liber. educ. c. 10.

στραγγεύεται (στρατεύεται libri) 26, 1 adspirat ad sermonem familiarem, unde hausit Aristophanes Ach. 126 nub. 132. Teletis haud absimiliter Macho Athenaei XIII p. 580 e στραγγεύεσθαι περὶ τὰς συμβολάς. coniciunt στραγγευομένῳ reponendum esse pro στρατευομένῳ Platonis de rep. p. 472 A. ceterum cf. Kuesterus ad Suid. v. ἢ δεῖ χελώνης et στραγγεύει, Valckenaer animadv. ad Ammon. p. 130. στρατεύεται retineri vult apud Teletem Giesecke l. c. p. 37 adn. non apte.

τερετίζω verbum (γρᾴδια φυστὴν φαγόντα τερετίζοντα 4, 12) desumpsit Bio e sermone vulgari sicut iam Phrynichus comicus II p. 587 fr. 2 Mein. vel Euphro IV p. 487 v. 34. ante Aristotelem in probatis prosae orationis scriptoribus nec τερετίζειν legi videtur nec τερέτισμα (vide Bonitz s. v.). cf. Schmid l. c. I p. 163. recurrit verbum in narratiuncula de Diogene relata a Laertio VI 27. de eodem Diogene narrat Stobaeus flor. 108, 72 Mein.: ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις καιροῖς καὶ τερετίζων ἀνεφώνει. habet συντερετίζειν Theophr. char. 11.

paucula addam de verbis decompositis. sunt enim in hoc numero, quorum exempla apud alios aut nulla reperias aut pauca. pro προσεκκόπτειν, quod bis habet Teles 46, 1. 4, συναποκόπτειν dicit Plutarchus de vitioso pudore p. 529 C idque in Teleteae simili philosophi cum agricola comparatione. item bis legitur προσκαταφθείρω 45, 12. 46, 9, quod praeivit quodam modo Sophocles Phil. 76, ubi est προσδιαφθείρω. nec προσεκκόπτειν nec προσκαταφθείρειν alibi me legere memini.

posteriorum proprium est διεξάγω: 32, 18 τὰ καθ' ἑαυτοὺς λιτότερον διεξάγουσιν 9, 12 διεξήγαγον. legitur enim apud Aristonem Chium, Chrysippum (cf. A. Gerckii Chry-

sippea p. 716 et 718 annal. philolog. supplementi XIV a. 1885), Polybium, Plutarchum, Epictetum.

ἐξαποστέλλω (16, 7 ἐπὶ στόλου τηλικούτου ἐξαπεστάλη). Polybius inprimis adhibet hoc verbum, quod libri tertii triginta fere locis legitur, cf. Stich l. c. p. 148 adn. 1; post hunc Diod. Sic., Plut. [1]).

προσεξαιροῦμαι: 46, 6 καὶ τοὺς ἄλλους (sc. ὀδόντας) προσεξελέσθαι. medium genus quod est perrarum habet Herodotus sed diversa notione III 150.

notius est συνεκπίπτειν 47, 17 utpote a Platone vel ab Aristotele non alienum.

ut breviter comprehendam quae de copia verborum in superioribus prolata sunt, haud pauca in Teletis reliquiis exstant vocabula quorum exempla apud alios scriptores omnino non reperiuntur velut ἀσπανιστία, ἀκάττυτος, ἀτράχηλος, δευτερολόγος, πρωτολόγος, ἀγεννίζω, παρασφραγίζομαι, προσεκκόπτω, προσκαταφθείρω, aut reperiuntur perraro velut λαχάνια. multo maior classis eorum est, quae ab Atticorum melioris aetatis scriptorum usu recedunt nec comparent nisi in scriptoribus aevi posterioris. huc videntur referenda ἀβάσκανος, ἀμεμψίμοιρος, ἀκληρῶ, ἀκλήρημα, αὐτοδιακονία, ἀφόρτως, δυσελπιστία, δυστροπία, ἐκπαθῶς, ἐπαίτης, εὐλύτως, εὐσχολώτερος, ἱκανοῦμαι, κακοδαιμονεῖν, κακουχῶ, κατακολουθῶ, ὀρθοπραγία, παροπτῶ, ὑώδης, fortasse alia. si quis autem consideraverit quantam commutationem subierit sermo Graecus Aristotelis potissimum opera et studio, non mirabitur quod haud exiguus est apud Teletem earum vocum numerus quae ante Stagiritam frustra quaeruntur. notum est autem etiam Theophrasti auditorem fuisse Bionem. huius modi vocabula cum suo quoque loco supra signare studuerim, hoc loco repetere supersedeo. nec vero ea non afferenda sunt quae etsi a priorum temporum scrip-

[1]) Epistula Philippi apud Demosth. de corona 77, in qua ἐξαποστέλλω legitur, genuina non est.

toribus non aliena sunt, tamen novam interim induerunt notionem aliaque atque apud illos ratione adhibentur. huius generis sunt ἄβιος, ἄδεια, ἀναστροφή, ἐπιβολή, περίστασις, ῥυπαρία, στενοχωρία. denique nemo obliviscetur agi de genere Cynico. Cynico autem generi quanta fuerit familiaritas et cum sermone cotidiano et cum poetarum, Homeri potissimum Euripidis comicorumque lectione notum est. adde quae Cynicorum secta aut ipsa procudit vocabula aut certe in deliciis habuit (αὐτάρκεια, fortasse etiam αὐτοδιακονία, ἀτυφία, θέρμοι, πήρα, τρίβων, alia), iam tenemus tria quasi elementa ex quibus sermo Teleteus compositus est. ex vitae igitur cotidianae consuetudine manarunt non solum crebra quae enumeravimus nomina deminutiva sed etiam palaestrica illa velut γλοιός (30, 15), διατραχηλίζεσθαι, προσστῆναι. alia ad artem medicam pertinent velut μονοσιτία, ὕδρωψ, ὑδρωπικός. nec minus aperta est origo nominum μᾶζα, πλακοῦς, ῥόα, φυστή vel verborum στραγγεύομαι, τερετίζω. vulgaria sunt et de medio sumpta, quamquam non ubique certo definiri potest utrum ex sermone vulgari aliquod adsciverit vocabulum Teles vel huius auctores an ex comoedia quae illam ipsa quoque admittebat verborum supellectilem. certe vocabuli ὀξυρεγμία translationem praeivit Aristophanes, haud pauca procul dubio suppeditarunt Antiphanes*), Philemo, Menander, alii. aucta vero est orationis inaequalitas eo, quod etiam ex Homericorum carminum lectione et Euripidis aliorumque hi sermones admiscebant satis multa sive ad verbum relata sive detorta vel leniter inmutata. sed huius modi locos cum diligenter indicatos reperias in editione, nolim denuo denotare. ut tamen uno saltem alterove exemplo patefiat, quomodo nec Homericis vocabulis aditus reclusus

*) 'In singulorum vocabulorum usu permulta deprehendas ab antiquiorum scriptorum munditie et castitate aliena' Meineke de Antiphane hist. cr. p. 309.

sit nec Euripideis, in avari cum Tantalo comparatione p. 25, 5 sqq. non modo Homeri versus adfertur τοὺς δ'ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα sed mox ita tenetur ut ῥίπτασκε verbum in ipsó verborum contextu a scriptore iteretur οὕτως ἐνίων ἡ ἀνελευθερία καὶ δυσελπιστία καὶ τὸν οἶνον καὶ τὸν σῖτον καὶ τὴν ὀπώραν ῥίπτασκεν, οὐ ποτὶ νέφεα ἀλλ' ἃ μὲν εἰς τὴν ἀγορὰν ἃ δὲ εἰς τὸ καπηλεῖον κτέ. simili ratione p. 41, 3 versu Euripideo τρυφῇ δέ τοι πολλῶν ἐδεστῶν μηχανὰς θηρεύομεν prolato sic procedit oratio: καὶ οὐ μόνον ἐδεστῶν, ἀλλὰ καὶ ὀσφραντῶν καὶ ἀκουστῶν, ut etiam hoc loco forma dicendi qua poeta usus erat et vocabulorum conformatio servata sit. sed haec quidem hactenus.

Restat ut aliquid addatur de stilo Teletis et de oratione horum sermonum peculiari. ac quod modo eis quae de copia verborum observavimus intellectum est varii coloris esse quae conscripsit Teles et multiformia, idem valet de universa oratione. nec mirabitur hoc qui meminerit non unius, sed complurium scriptorum vestigia in his commentariis deprehendi, velut Platonis, Xenophontis, Stilponis, Cratetis, Bionis, etsi Bionem solum et Stilponem Teles adierit ipse. denique non omni mutatione abstinuit epitomator. accedit vero quod perspexit Wilamowitz horum sermonum veram naturam et compositionem intellegi vix posse nisi simul intellegatur originem eos sumpsisse et quasi conflatos esse ex dialogo et genere demonstrativo. quod ut accuratius persequi hoc loco non meum duco, ita non nego magni momenti esse ad Bionis Teletisque diatribarum indolem pernoscendam. habes igitur hominem cum ficto adversario, cuius mores vel persona non accurate describantur nec verba fere interponantur nisi paucula, familiariter colloquentem, ut tamen dialogi subinde oblitus rem de qua agitur etiam fusiore expositione explicet. incomptior igitur plerumque oratio et simplex

nativoque quodam sermonis familiaris colore commendatur nec tamen deest oratorius vigor stimulique. et ut fontium fert vel rerum natura aut ipsius Teletei ingenii mediocritas, modo parcior verborum est scriptor, modo abundantior, modo iterationibus molestus et neglegens, modo acumine adliciens lectorem salibusque Bionis potissimum et facetiis. nec membrorum conformatio una quasi forma percussa est: ut brevia cola amat Teles et minuta, ita non spernit longiores periodos aut eas cuius partes arte paene Gorgiae simili exaequatae sint.

quod iudicium potioribus aliquot exemplis illustrare in animo est. ac quod dixi dicendi genus Teleteum nimis non numquam fusum esse et abundans, facile id firmatur usu synonymorum. cuius usus cum iam ab Hensio luculentiora quaedam exempla data occasione commemorata videam proleg. p. XX, paucis me contineo. velut in quarto περὶ πενίας sermone p. 25, 1 verba οὐδενὸς γεύονται οὐδὲ ἅπτονται ita coniunguntur ut alterutro careri potuerit sine sententiae detrimento. ipse enim infra dixit p. 25, 13 καὶ ἐπιθυμοῦντες οὐδενὸς γεύονται. saepissime vero in eodem commentario Teles utitur locutione ἐν ἐνδείᾳ καὶ σπάνει εἶναι vel σπανίζειν καὶ ἐνδεῆς εἶναι vel σπανίζειν καὶ ἐν ἐνδείᾳ εἶναι vel ἐνδείας καὶ σπάνεως, cum ipse posuerit salva sententia nudum illud ἐνδεής 32, 12. 37, 10 vel τῶν ἀναγκαίων ἐνδεής (auctore Bione) 4, 8 vel solum δι' ἔνδειαν 34, 4. 9. 10. in eadem igitur diatriba haec synonymorum leguntur paria 24, 4 δι' ἀνελευθερίαν καὶ ῥυπαρίαν 25, 4 κακουχεῖ αὑτὸν καὶ ξηραίνει 33, 1 ἐν πολλῇ ἂν εἴη ἀδείᾳ καὶ ἀσπανιστίᾳ 33, 7 μέγα καὶ ἀξιόλογον 33, 8 ἀθώπευτον καὶ ἀκολάκευτον. quibus addenda sunt quae memoravit editor l. c. nec absimilis est lepida illa Bionis in hydropici descriptione abundantia 29, 3 κρήνας καὶ ποταμούς. haec exempla si respexeris intelleges opinor locum in libris turbatum 27, 15 recte restitutum esse sic: οὔτε ἑαυτοῖς προϊεμένους οὔτε ἄλλοις μετα-

διδόντας, cum praesertim μεταδιδόναι verbum sit in talibus fere solemne, certe apud Musonium. cf. Clemens Alex. paed. III 6 p. 274 P. (Wendland quaest. Mus. p. 63 sqq.): πλούτου τοίνυν μεταληπτέον ἀξιολόγως καὶ μεταδοτέον φιλανθρώπως κτέ. ib. p. 275 P. ὥστε οὐχ ὁ ἔχων καὶ φυλάττων, ἀλλ' ὁ μεταδιδοὺς πλούσιος, καὶ ἡ μετάδοσις τὸν μακάριον, οὐχ ἡ κτῆσις δείκνυσι. ib. καρπὸς δὲ ψυχῆς τὸ εὐμετάδοτον. hoc praeteriens moneo. ubertatis autem et redundantiae studium quod in quarto sermone observatum est, idem plus minusve conspicuum est etiam in ceteris. quorum exempla adscribo: 2, 17 ἀνδρεῖος εἶναι καὶ καρτερικός 4, 12 ἀδάπανον καὶ ἀτρύφερον 7, 1 ἐπεί τις ὤθει καὶ ἐτραχήλιζεν 8, 10 ἐν τῇ πάσῃ εὐκολίᾳ καὶ ἀπαθείᾳ 9, 7 εὐπετῆ καὶ ῥᾴδια 9, 8 δυσχερὲς καὶ ἐπίπονον 9, 13 διαίτῃ εὐτελεῖ καὶ λιτῇ 10, 1 ἀπορία καὶ δάνεια 10, 7 ἀγεννῶς καὶ ὀδυρτικῶς 10, 9 ἐλευθερίως καὶ ἀφόρτως 12, 2 μάλα ἱλαρῶς τε καὶ εὐκόλως 17, 12 ἀκλήρημά τι καὶ ὄνειδος 17, 14 ἐπιεικῆ καὶ δίκαιον ὄντα 18, 4 ὑπὸ καλῶν καὶ ἀγαθῶν 18, 5 ἀγνωμόνως καὶ ἀδίκως 18, 11 ὄνειδος καὶ ἀκλήρημα 18, 13 μοχθηρὰν καὶ ἀχάριστον οὖσαν 18, 17 πονηρὰν καὶ ἐπίβουλον οὖσαν 19, 1 πονηρὰν καὶ ἀχάριστον 19, 5 σαπρὰ καὶ ῥέουσα καὶ καταπίπτουσα (cf. Hense prol. p. XX p. 19 adn.) 19, 8 ἀσφαλῶς καὶ ἀκόπως 20, 3 μέγα δὲ καὶ προσηνὲς (ubi nunc προσηνές <τι> praefert Giesecke) 21, 15 ἴση καὶ ὁμοία (cf. H. prol. p. XX) 23, 1 εἰ δὲ μὴ κρυφθείης ἀλλὰ ἄταφος <ῥιφθείης> 33, 7 μέγα καὶ ἀξιόλογον (cf. Plut. mor. p. 1092 D) 37, 4 τίς ἐντιμότερος γέγονεν ἢ τιμῶν πλειόνων ἠξιώθη; 37, 5 τὰς θυγατέρας οὐκ ἐδύνατο ἐκδόσθαι προῖκα δούς 39, 5 φυλάττειν καὶ ἀγρυπνεῖν 39, 6 ἀνὴρ γέγονε καὶ ἀκμάζει 39, 9 παρήκμασε καὶ ἔρχεται εἰς γῆρας 43, 5 φόβος καὶ ἀγωνία 43, 7 φοβοῦνται καὶ ἀγωνιῶσι 43, 9 ὀργίζονται καὶ θυμοῦνται καὶ ὑφορῶνται 43, 10 ζηλοτυποῦσι καὶ φθονοῦσι 43, 16 ἀγεννῶς καὶ μὴ εὐθαρσῶς 43, 18 μὴ δυσφοροῦντα μηδὲ δυσκολαίνοντα 43, 20 ἀγαπᾷ καὶ στέργει 44, 14 χρήσιμος καὶ βοηθός 45, 11 κλαίοντα καὶ λυπούμενον 45, 13 ὀδυνᾶσθαι <καὶ>

κλαίειν 45, 14 θνητὸς ἐγένετο καὶ ἄνθρωπος 46, 10 ἀνδρωδῶς καὶ θαρσαλέως καὶ μὴ βαρέως φέρειν (cf. Hense prol. p. XX) 46, 13 μέτριον ἐν στενοχωρίᾳ καὶ ἀπορίᾳ μὴ δυσκολαίνειν μηδὲ ἀβίωτον τὸν βίον νομίζειν 46, 15 τῷ δοκοῦντι κακῷ τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν ἀντιτιθέναι καὶ ἐξισοῦν 48, 4 ἄνδρα, καὶ οὐ βλᾶκα. fortasse huc rettulerit quispiam etiam alia a nobis omissa velut 28, 12 ἀρκούμενος τοῖς παροῦσι, τῶν ἀπόντων οὐκ ἐπιθυμῶν, τοῖς συμβεβηκόσιν οὐ δυσαρεστῶν, ubi notio animi rebus contenti variatur insigniter. sed iam satis de ubertate scriptoris et abundantia, nunc videamus de brevitate.

ac brevitas eo cernitur, quod haud raro unum aut plura vocabula audienda sunt, quod dicendi genus ellipsis notione comprehendere solent. paulo insolentius est hoc exemplum quod legitur 32, 14: πολλῆς (sc. γῆς) ἐπάρχοντες. sed iam Homerus τραφερήν habet terrae nomine non addito. cf. Lycophro v. 408 ἅπασα δ' ἄλγη δέξεται κωκυμάτων i. e. ἅπασα ἡ γῆ Euphorio fr. 78 Mein. φοιταλέος δ' ἀνὰ πᾶσαν ἄδην ἐπάτησε κοθόρνῳ i. e. πᾶσαν γῆν. talia collegit nuper Kaibel Herm. XXII p. 507 monens fortasse etiam Callimachi versum h. Del. 266 recte traditum esse. in gubernatoris autem dicto 48, 2 παλῶς τὸ τοῦ κυβερνήτου 'ἀλλ' οὖν γε, ὦ Πόσειδον, ὀρθήν' haud difficulter mente suppletur τὴν ναῦν, neque verbo opus erat unde penderet accusativus: *Neptune, numquam hanc navem nisi rectam* Seneca ep. 85, 33. cf. quae adnotavit Hense.

spurcum nomen subaudiendum reliquit in his 45, 4 ἀνασυραμένη καὶ δείξασα αὐτοῖς. quibus collatis τὴν κοιλίαν, quod addunt libri Ps.-Plutarchi apophth. Lac. p. 241 B γ', delendum esse intellexerunt. subiectum mente supplendum est 25, 13, quod notavit editor. multo autem latius patet ellipsis v e r b i. ἐστί(ν) ita saepe omittitur ut numeros apposuisse satis habeam: 1, 12. 5, 5. 13. 8, 14—9, 4 passim. 10, 8. 10. 16, 11. 17, 12. 18, 5. 8. 14. 19, 9. 20, 4. 21, 3. 5. 9. 10. 27, 10. 29, 1. 31, 4. 16. 32, 12. 33, 7. 34, 3.

38, 8. 42, 13. 45, 1. 10. 15. 46, 7. 47, 15. 48, 2. neque duritiem in his devitat vel inconcinnitatem velut 34, 3. ἡ πενία κωλύει πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, ὁ δὲ πλοῦτος εἰς ταῦτα χρήσιμον, quod observavit Hense p. XIX. consulto omisi 11, 15, de quo loco videantur quae monuit editor. τί γὰρ τὸ διάφορον; dixit Teles 21, 15, τί τὸ δυσχερές; 23, 1, idem uberius τί ἔσται τὸ διάφορον; 22, 9 et τί ἔσται τὸ χαλεπόν 23, 8. pervagatae sunt dicendi formulae δῆλον ὅτι, φανερὸν ὅτι, εἰκός, cf. ind. verb. formulam δεῦρο δή 8, 19 explicat Krueg. 62, 3, 1. εἰσίν audiendum est in Bioneis his 4, 9 ἢ οὐ μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοὶ λαχάνων; πλήρεις δὲ αἱ κρῆναι ὕδατος; item 16, 5 οὐ πάρεδροι καὶ σύμβουλοι; etiam coniunctivum ᾖ non numquam audiendum esse monuit editor, qui exempla collegit p. XIX. cf. Kuehn.[3] II 1 p. 37. sed idem ille vidit εἰμί inserendum esse 20, 8: ἐμὲ δὲ εἰ μή <εἰμι> πολίτης, ὀνειδίζεις, cf. Krueg. 62, 1, 5. alia verba subaudiri voluit Teles ubi facile supplentur ex superioribus, velut in formula εἰ δὲ μή 3, 7. 10, 12. 29, 8 aut in comparationibus, quarum alterum membrum ex altero suam lucem accipit velut 3, 3. 11, 4. 12, 11. 14, 5 al., quamquam ut est varietatis studiosus habet etiam comparationes aequabili arte dispositas velutque ad amussim elaboratas, cf. 8, 5 sqq. 9, 4 sqq. 25, 5. 41, 8 sqq. alias. concinnitate insigne est exemplum hoc 11, 5 ὥσπερ <ὁ> ἀγαθὸς ὑποκριτὴς εὖ καὶ τὸν πρόλογον εὖ καὶ τὰ μέσα εὖ καὶ τὴν καταστροφήν, οὕτω καὶ ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ εὖ καὶ τὰ πρῶτα τοῦ βίου εὖ καὶ τὰ μέσα εὖ καὶ τὴν τελευτήν, sed ut utriusque membri verbum ex ipsius rei natura supplendum sit, sc. ἀγωνίζεται. idem verbum nullo negotio ex prioribus mente additur 40, 5 εὖ τὸν ναυαγόν· πένης ἐξ εὐπόρου, εὖ τὸν πένητα, i. e. ἀγωνίζου. nec difficulter subauditur ἐποίησεν vel simile in his 11, 10 καθάπερ καὶ Σωκράτης. neglegentius loquitur 7, 1 μὴ ζήτει τὰ τοῦ ἰσχυροῦ [φορτία βαστάζειν καὶ διατραχηλίζεσθαι], ἀλλ' ὥσπερ Διογένης, ἐπεί τις ὤθει καὶ ἐτραχήλιζεν ἀσθενῶς ἔχοντα, οὐ

διετραχηλίζετο, ἀλλὰ δείξας αὐτῷ τὸν κίονα 'βέλτιστε' ἔφη 'τοῦτον ὤθει προσστάς'. sed ferendum hoc esse monet editor Hauptio adstipulatus. ut notiora omittam, velut semel poni haud raro verbum in membris contrariis (3, 12 σὺ κέχρησαι τοῖς πολλοῖς καλῶς, ἐγὼ δὲ τοῖς ὀλίγοις similibus), vel ea quae monui de participio agens aut de infinitivo, asperum et hiulcum genus dicendi, si libris fidere licet, deprehenditur in his 47, 9 ἄδηλον γὰρ φησὶν ὁ Σωκράτης οὐ μόνον τῷ καλὴν εἰ ἐπὶ ταύτῃ πλείω, ἀλλὰ καὶ τῷ τέκνα καὶ φίλους εἰ περὶ τούτους πλείω. sed integra haec esse negavit Iacobs, cuius complementa commemoravit editor.

cum brevitate dicendi cohaeret etiam membrorum copulandorum genus illud paratacticum, de quo accuratius disseruit C. Fr. Hermann ind. schol. univ. Gotting. aest. a. 1850. dico huius modi exempla: 6, 12 εὐδία, γαλήνη· ταῖς κώπαις πλέουσι· κατὰ ναῦν ἄνεμος· ἐπῆραν τὰ ἄρμενα. quamquam in eo erravit vir doctus, quod horum protasin membrum interrogativum esse putavit. immo posteriore litterarum Graecarum aevo stilus tamquam ad syntaxis primordia reversus hanc adfectavit simplicitatem, ut duo membra tamquam enuntiata primaria iuxta poneret ratione logica qua illa inter se coniungenda essent non indicata. negatio igitur est οὐκ ut in enuntiato primario: ἐκποιεῖ, χρῆσαι· οὐκ ἐκποιεῖ, παῦσαι 41, 8. sive igitur membri condicionalis vices explet prius enuntiatum, sive temporalis, temporis notio vel condicionis adfertur mente lectoris. et veram esse hanc interpretationem ipse Teles extra dubitationem ponit eis quae ex uno eodemque fonte Crateteo Bione ut Hensio videtur auctore derivavit p. 31, 14 et p. 38 sq. respondent autem inter se ἔφηβος γέγονεν 38, 15 et ἔφηβος δὲ γενόμενος 31, 14, item ἀνὴρ γέγονε καὶ ἀκμάζει 39, 6 et ὅταν δὲ ἀνδρωθῇ 31, 15. ut qua ratione intellegenda sint illa ἔφηβος γέγονεν et ἀνὴρ γέγονε similia, dubium esse non possit, cum praesertim variandi gratia scriptum

sit in eodem sententiarum conexu 38, 10 εἰ δ' ἐκπέφευγε τὴν τιτθήν, παρέλαβε πάλιν ὁ παιδαγωγός κτέ. condicionale autem hoc membrum quod Hermannum non praeteribat etiam prohibere eum debuit quominus ad interrogatorium dicendi genus interpretatio refugeret. plane huc faciunt Anaxandridis versus inc. fab. fr. 1 com. III p. 195 Mein. quos adfert Krueg. 59, 1, 9. immo quod dixi eximia quadam brevitate et simplicitate duo enuntiata vicina collocari, quae si explicatius dicere voluisset scriptor etiam logico vinculo conectere debuit, id etiam eo manifestum est, quod particula adversativa alteri membro additur in his 38, 8 πεινᾷ τὸ παιδίον, ἡ δὲ τροφὸς κατακοιμίζει· διψᾷ, ἡ δὲ λούει· κοιμηθῆναι θέλει, ἡ δὲ κρόταλον ἔχουσα ψοφεῖ. quantum autem vigoris compositioni addatur hac syntaxis simplicitate, qua praeter comicos praesertim poetas etiam diatribarum auctores saeculi quarti tertiique usi sunt, nemo non sentit. enumero exempla Teletea omissis eis quae in prioribus commemorata sunt: 6, 12 sqq. 7, 3 sqq. 10, 1. 32, 2. 5 sqq. 38, 12—39, 3. 39, 6—10.

a paratacticae compositionis exemplis facile transitur ad asyndeton. quod cum valde placuisse videam Teleti etiam extra illam compositionem, aliquot exemplis illustrabo. enuntiata igitur haud raro sese excipiunt ἀσυνδέτως utque particulae explicativae aut adversativae aut consecutivae non addantur. velut in exemplis enumerandis 15, 11 Θεμιστοκλῆς ἐκεῖνος 'ὦ παῖ' φησίν κτέ. ibid. 19 Λυκῖνος ἐκεῖνος οὐ παρ' ἡμῖν κτέ. 16, 2 Ἱππομέδων ὁ Λακεδαιμόνιος κτέ. similiter οὐκ ἀηδῶς Φιλήμων 17, 14 καλῶς τὸ τοῦ κυβερνήτου 48, 2, cum infra legatur οὐκ ἀηδῶς γὰρ Κράτης 33, 2 vel οὐ κακῶς οὖν οὐδὲ Σοφοκλῆς 36, 3 aliaque similia. recte igitur τῷ ὄντι μέγα καὶ ἀξιόλογον 33, 7 libri SMA, τῷ ὄντι γὰρ male Tr. item adversativum asyndeton asservatum est 20, 10 Λακεδαιμόνιοι οὐδὲν τῶν τοιούτων ὄνειδος ἡγοῦνται libris SMA[1], δὲ prave addunt L Tr., inde A[2]

vulg. in eodem fere genere est exemplum quod legitur 45, 17 γεωργὸς οὐ ποιεῖ τοῦτο κτέ. denique adice ὅρα πόσα λήψῃ 2, 17, cum quo comparandum, quod ipsum quoque propaginis Bioneae est, hoc 45, 4 ὅρα εἰ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν τις γυναικῶν κτέ., ubi ὅρα SM, ὅρα οὖν ex interpretamento A. similis fit observatio in componendis vocabulis singulis.

senties opinor, quam intendatur vis orationis huius modi asyndetis ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται τὰ ὦτα τὰς χεῖρας τοὺς πόδας 11, 1 (cf. 5, 10. 26, 11. 31, 7 al.) vel his quibus accedit anaphora: ἀναχώρει εἰς μονοσιτίαν, εἰς αὐτοδιακονίαν, εἰς τρίβωνα, ἔσχατον εἰς ᾅδου. asyndeton explicativum exstat in prioribus: οὕτως αὖ (ἐὰν ci. Hense, idem mox ἐπικέηται) δεῦρο ἐπίκειται ἐνίοτε πόλεμος, ἀπορία ἀρρωστία, ἀναχώρει κτέ. nam ἀπορία ἀρρωστία ipsa quoque ἀσυνδέτως inter se composita 'belli' tamquam enumerantur exempla. similiter istud ἀβίωτος ὁ βίος quod non sine vigore praemittitur per membra haec explicatur quae subiciuntur στρατεία, λειτουργία, πολιτικὰ πράγματα, σχολάσαι [αὐτῷ] οὐκ ἔστι 31, 16. sed vix necesse puto talia exhauriri. cavetur autem etiam huius generis ne satietas capiat lectorem. varietati ita consulit Teles, ut duo membra copulet per particulam, reliqua adiciat ἀσυνδέτως 39, 6 στρατεύεται καὶ πρεσβεύει ὑπὲρ τῆς πόλεως, πολιτεύεται, στρατηγεῖ, χορηγεῖ, ἀγωνοθετεῖ· μακαρίζει ἐκεῖνον τὸν βίον ὃν παῖς ὢν ἐβίωσε. ubi quanta brevitate usus sit extremo potissimum membro adiecto (quasi dixerit *ut uno verbo dicam* μακαρίζει κτέ.) nemo non intellegit. neque rarum est polysyndeton. velut post minutorum colorum illud asyndeton εὐπορία, διάστειλον· ἀπορία, σύστειλον 7, 7 sic πολυσυνδέτως pergitur: ἀλλ' ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα ἀρκεῖσθαι τοῖς παροῦσιν, ὅταν καὶ τρυφῇ πολὺ διδῶμεν, καὶ τὸ ἐργάζεσθαι ... αἰ κρίνωμεν καὶ τὸν θάνατον ἔσχατόν [τι] τῶν κακῶν. ἐὰν δὲ ποιήσῃ καὶ τῆς ἡδονῆς καταφρονοῦντά τινα, καὶ πρὸς τοὺς πόνους μὴ διαβεβλημένον καὶ κτέ. nec fere aliter asyndeton explicativum

οἱ βασιλεῖς αὐτοὶ πολλῆς ἐπάρχοντες καὶ προσόδους μεγάλας ἔχοντες οὐδὲν ἧττον σπανίζουσιν 32, 15 excipitur hoc membro πολυσυνδέτως conformato ὥστε καὶ τυμβωρυχεῖν καὶ καρὰ τὸ προσῆκον φυγαδεύειν. sed haec sufficiant tamquam exempla potiora.

anaphoram quam in deliciis habuerit Teles, iam manifestum fere est asyndeti exemplis prolatis. paucis igitur defungor. ut hominis insatiabilis animus et inquietus ante oculos ponatur, non sine artificio iteratur istud εἶτα 32, 8 sqq.: ἕτερον πρὸς σπεύδει κτήσασθαι· μία γάρ, φησί, χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. εἶτα δύο, εἶτα κἀγρόν, εἶτ' Ἀθηναῖος γενέσθαι, εἶτα ἄρξαι, εἶτα βασιλεῦσαι, εἶτα, ὥσπερ Ἀλέξανδρος, ἀθάνατος γενέσθαι κτέ. nec vero mediocriter persuadendi vim auget anaphora his οὐ φανερὸν ὅτι οὐ τὸ γῆρας, οὐ τὴν πενίαν, οὐ τὴν ξενίαν αἰτιατέον ἀλλ' ἕτερόν τι; 8, 11. quibus admodum similis paupertatis Bioneae oratio μὴ καλοῦ τινος δι' ἐμὲ στερίσκῃ; μὴ σωφροσύνης; μὴ δικαιοσύνης; <μὴ> ἀνδρείας; ἀλλὰ μὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεὴς εἶ; κτέ. 4, 7 sqq. sed debebam totam fere perscribere orationem, si rem exhaurire vellem. artificis haec sunt stili, non temere verba quasi fundentis, quod vellem magis tenuisset nuper R. Heinze mus. Rhen. XLV p. 516 adn. cum Bioni vindicare non dubitaret (ut ipsius verba afferam) ***polternden derben Diatribenstil.*** quodsi Teletis sermonum auxilio etiam de Bioneis diatribis iudicium fieri licet, quod mihi non dubium est, satis politae erant diatribae artisque rhetoricae luminibus exornatae sed (ut recte exposuit Hense) sermonis familiaris colore quasi temperatis. nolo igitur repetere quae ille exposuit de Teletis Bionisve studio paronomasiae, de membris aequaliter conformatis, de homoeoteleutis similibusque dicendi artificiis, quae si quis cognoscere volet adeat l. c. p. LXXXIV sqq. adice nunc quod orationis vim et vigorem haud raro ita intendit Teles ut vicina vocabula ab eadem littera incipientia componeret, in easdemque vel similes syllabas

desinentia. velut auctore Bione scripsit 40, 2 Ἡ τύχη ὥσπερ ποιήτριά τις οὖσα παντοδαπὰ ποιεῖ πρόσωπα κτἑ. (cf. Hor. sat. I 6, 57) nec sine arte haec: ἐπιθυμίας καὶ ἐπιβολὰς τοσούτων καὶ τοιούτων ἔχει 31, 11 vel ἀσφαλῶς καὶ ἀκόπως in tmemate quod Bioneae originis esse editori pauci non concedent 19, 8. ἀδάπανον καὶ ἀτρόφερον legitur in Bionea paupertatis oratione 4, 12. item non sine consilio scripsit haec 25, 1 ἀλλὰ πλείω οἱ μῦς κατεσθίουσι καὶ οἱ μύρμηκες. cf. Plut. de cohib. ira p. 458 C μυρμηκῶδες καὶ μυῶδες, unde suum illud 'mures formicaeque' Seneca de ira II 34, 1 eodem auctore usus ac Plutarchus. arte quadam et simplicitate commendatur illud quod supra alia de causa commemoravi εὐπορία, διάστειλον· ἀπορία, σύστειλον, cuius fere simile artificium hoc ἐκποιεῖ, χρῆσαι· οὐκ ἐκποιεῖ, παῦσαι. nec non consulto componuntur quae ex Cratete Teles Bione ut videtur auctore repetiit στρέφων καὶ μέλλων καὶ τρέμων 28, 8 vel infra quae etiam inter asyndeta referri potuerant ὑπὸ πάντων τούτων μαστιγοῦται, παρατηρεῖται, τραχηλίζεται 39, 1 vel ib. 7 στρατηγεῖ, χορηγεῖ, ἀγωνοθετεῖ.

denique de prosopopoeiae et similitudinum et translationum usu Cynico cum ageret nuper (ut alios praetermittam) Ernestus Weber l. c., facere ille non potuit quin etiam Teletis usum auctorumque ab eo adhibitorum copiosius illustraret, ut haec denuo retractari hodie vix operae pretium esse videatur. de prosopopoeiis autem inspicere iuvabit etiam ea quae collegit Eduardus Norden, cuius egregia de Varronis saturis Menippeis dissertatio legitur annalium philologicorum supplemento octavo decimo inserta.
